προσωπεῖα παιδίοις, ἐγγὺς καὶ ὑπὸ χεῖρα ποιοῦν-
τες καὶ ἀναστρέφοντες ἐξιζομεν καταφρονεῖν, ὅτως ἐγγὺς
ἀπομένους καὶ συνεῤῥιδόντας τὸν λογισμόν, τὸ σαθρὸν καὶ
τὸ κενὸν καὶ τετραγωδημένον ἀποκαλύπτειν. Οἷόν ἐστιν ἡ
νῦν σοι παροῦσα κατάστασις ἐκ τῆς νομιζομένης πατρί-
δος. Φύσει γὰρ οὐκ ἔστι πατρὶς, ὥσπερ οὐδὲ οἶκος, οὐδὲ
ἀγρὸς, οὐδὲ χαλκεῖον, ὡς Ἀρίστων ἔλεγεν, οὐδὲ ἰατρεῖον·
ἀλλὰ γίνεται, μᾶλλον δὲ ὀνομάζεται καὶ καλεῖται τούτων
F ἕκαστον ἀεὶ πρὸς τὸν οἰκοῦντα καὶ χρώμενον. Ὁ γὰρ ἄν-
θρωπος, ἧ φησιν ὁ Πλάτων, φυτὸν οὐκ ἔγγειον οὐδὲ ἀ-
κίνητον, ἀλλ' ὑράνιόν ἐστιν, ὥσπερ ἐκ ῥίζης τὸ σῶμα τῆς

E. 6. κατάστασις] Legendum μετάστασις. Xyl.

mitatem, id quod ad hilaritatem animique tranquillitatem facit, ex iis quæ in noſtra ſunt poteſtate arceſſere debemus, et bonorum quæ nobis adhuc ſuperſunt conſideratione aliunde oblatum incommodum mitigare. Ubi vero in ipſa re nihil ineſt mali, ſed omnis dolor inanis opinionis errore conflictus eſt, ibi quemadmodum larvas pueris metuentibus propius adhibemus retectas, inque manus tradimus, ut aduſueſcant eas contemnere: ita nos quoque rationis lumine propius admoto detegemus quidquid præter rem putridum, vanum, et tragice inflatum nobis objicitur. Talis autem eſt tua e patria, quam putas, nunc tibi imperata commigratio. Natura enim patriam nullam cuiquam fecit, ut neque domum, neque agrum, neque æraria, ut Ariſton dicebat, neque medicam officinam: ſed fit, aut potius nominatur horum unumquodque quovis tempore ab eo qui poſſidet et utitur. Quippe homo, ſi Platoni credimus, planta eſt non terræ infixa aut immobilis, ſed cœleſtis, cujus

Digitized by Google

κεφαλῆς ὀρθὸν ἰσώσης, ὡς τὸν ὄφιν ἀνεγραμμένον. Ὅθεν ὁ μὲν Ἡρακλῆς εἶπεν,

Ἀργεῖος, ἢ Θηβαῖος· οὐ γὰρ εὔχομαι
Μιᾶς· ἅπας μοι πύργος Ἑλλήνων, πατρίς·

ὁ δὲ Σωκράτης βέλτιον, οὐκ Ἀθηναῖος οὐδὲ Ἕλλην ἀλλὰ κόσμιος εἶναι φήσας, ὡς ἄν τις Ῥόδιος εἴπεν, ἢ Κορίνθιος· ὅτι μηδὲ Σουνίῳ μηδὲ Ταινάρῳ μηδὲ τοῖς Κεραυ- 601
νίοις ἐκέκλειστεν ἑαυτόν.

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τὸν δ' ἄπειρον αἰθέρα,
Καὶ γῆν περιξ ἔχουθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;

οὗτοι τῆς πατρίδος ἡμῶν ὅροι εἰσί, καὶ οὐδεὶς οὔτε φυγὰς ἐν τούτοις οὔτε ξένος, οὔτε ἀλλοδαπός, ὅπου τὸ αὐτὸ πῦρ, ὕδωρ, ἀήρ, ἄρχοντες οἱ αὐτοὶ καὶ δικασταὶ καὶ στρατάνεις, ἥλιος, σελήνη, φωσφόρος· οἱ αὐτοὶ νόμοι πᾶσι, ὑφ' ἑνὸς τάγματος καὶ μιᾶς ἡγεμονίας τροπαὶ βόρειοι,

F. 5. ὁ μὲν Ἡρακλῆς] Stob. Tit. xxxviii. p. 230, εὖ μὲν ὁ Ἡρακλῆς. Latinos verſus pro Xylandreis Grotianos expoſui.

F. 9. ὡς ἄν τις—ἑαυτόν] Subeſt quid corruptelæ vel certe obſcuritatis. Latina dedi pro Xylandreis mea, niſi vera, probabiliora tamen illis.

A. 4. ἔχουθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις] Ita Xyl. Jannot. Mez. Vulgo, ἔχοντα ὑγραῖς ἀγκάλαις.

tanquam e radice caput ſurſum erectum in cœlum dirigatur. Inde eſt quod Hercules dixit,

Argivus, aut Thebanus? Haud unam mihi
Adſcribo: patria eſt Graia qua tellus patet.

Et Socrates melius, qui non Athenienſem, non Græcum, ſed Mundanum (ſeu mundi civem) ſe eſſe dixit, quomodo Rhodius aut Corinthius aliquis diceretur: neque enim ſe incluſerat Sunio, Tænaro, aut Cerauniis montibus.

Vides ſublime fuſum immoderatum æthera,
Qui tenero terram circumvectu amplectitur?

iſti patriæ noſtræ ſunt termini, neque hic quiſquam exſul, hoſpes, peregrinus eſt, ubi idem ignis, aqua, aer, ubi iidem gubernatores atque diſpenſatores, Sol, Luna, Lucifer, ubi eædem omnibus leges, ſub eodem magiſtratu, ſol-

Digitized by Google

τροπαὶ νότιοι, ἰσημερία, πλειὰς, ἀρκτοῦρος, ὧραι σπόρων,
B ὧραι φυτειῶν· εἷς δὲ βασιλεὺς καὶ ἄρχων, θεὸς, ἀρχήν
τε καὶ μέσα καὶ τελευτὴν ἔχων τῶν παντὸς, εὐθείᾳ πε-
ραίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δὲ ἕπεται Δίκη τ'
ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρὸς, ἣν χρώμεθα πάν-
τες ἄνθρωποι φύσει πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὥσπερ πο-
λίτας.

ς'. Τὸ δὲ σε μὴ κατοικεῖν Σάρδεις, ὅθεν ὅσιν· οὐδὲ
γὰρ Ἀθηναῖοι πάντες καλοῦσι Κολυτὸν, οὐδὲ Κορίν-
θιοι Κράνειον, οὐδὲ Πιτάνην Λάκωνες· ἆρα οὖν ξένοι καὶ
ἀπόλιδες εἰσὶν Ἀθηναίων οἱ μεταστάντες ἐκ Μελίτης
εἰς Διωμίδα, ὅπου καὶ μῆνα Μεταγειτνιῶνα καὶ θυσίαν
ἐπώνυμον ἄγουσι τῷ μετοικισμῷ τὰ Μεταγείτνια, ἢ πρὸς
C ἑτέρους γειτνίασιν εὐκόλως καὶ ἱλαρῶς ἀποδεχόμενοι καὶ
φέροντες; οὐκ ἂν εἴποις. Τί οὖν τῆς οἰκουμένης μέρος
ἢ τῆς γῆς ἁπάσης ἕτερον ἑτέρου μακρὰν ὅσον, ὃν ὑπο-
δεικνύουσιν οἱ μαθηματικοὶ σημεῖον λόγον ἔχουσαν ἀφιστα-

stitium æstivum, bruma, æquinoctium, Pleias, Arcturus, tempora serendi, tempora plantandi, ubi unus rex et princeps deus, principium, medium, finemque complexus Universi recta pergit, et secundum naturam circumiens: hunc comitatur Justitia ultrix eorum qui divinam legem deseruerunt: hac omnes homines, natura, adversus omnes utuntur tanquam cives.

VI. Quod autem non habitas Sardibus, nihil est. Nam ne Athenienses quidem omnes Colyttum inhabitant, neque universi Corinthii Cranium, neque Pitanam Lacones. Ergone tibi peregrini atque extorres videbuntur Athenienses, qui ex Melita in Diomeam commigraverunt? Illi vero et mensem Metageitnionem appellarunt, et sacrificia Metageitnia peragunt, commigrationem in viciniam e suis sedibus, unde illis nomen, æquo hilarique animo ferentes. Quæ autem terræ pars ab altera longe potest distare, cum ipsam totam Mathematici demonstrent cum cœlo comparatam puncti loco esse? Nos au-

Digitized by Google

ταῦτα πρὸς τὸν ἀέρα; Ἀλλ' ἡμεῖς, ὥσπερ μύρμηκες ἢ μέλιτται, μυρμηκιᾶς μιᾶς ἢ κυψέλης ἐκπεσόντες ἀδημονοῦμεν καὶ ξενοπαθοῦμεν, οὐκ εἰδότες οἰκεῖα πάντα ποιεῖσθαι καὶ νομίζειν, ὥσπερ ἐστί. Καίτοι γελῶμεν τὴν ἀβελτηρίαν τοῦ φάσκοντος ἐν Ἀθήναις βελτίονα σελήνην εἶναι τῆς ἐν Κορίνθῳ· τέγκτον τινὰ τὸ αὐτὸ πάσχοντες, ὅταν ἀμφιγνοῶμεν ὅπῃ ξένης γενόμενοι τὴν γῆν, τὴν θάλατταν, τὸν ἀέρα, τὸν οὐρανόν, ὡς ἕτερα καὶ διαφέροντα τῶν οἰκείων. Ἡ μὲν γὰρ φύσις ἐλευθέρους ἡμᾶς καὶ ἀλύ- D μφους ἀφῆκεν· ἡμεῖς δὲ αὐτοὶ συνδούμεθα ἑαυτούς, συστενοχωροῦμεν, ἐγκατοικοδομοῦμεν εἰς μικρὰ καὶ γλίσχρα συνελαύνομεν. Εἶτα τὸν μὲν Περσῶν βασιλέων καταγελῶμεν, ἔστι δὲ ἀληθές, ὅτι, τὸ τοῦ Χοάσπου μόνον ὕδωρ πίνοντες, ἄνυδρον αὐτοῖς τὴν ἄλλην ποιοῦσιν οἰκουμένην· ὅταν δὲ μεταστῶμεν εἰς ἕτερα χωρία, τὸν Κηφισὸν ὀλιγόμβιοι, καὶ τὸν Εὐρώταν ἢ τὸν Ταΰγετον ἢ τὸν Παρνασσὸν

C. 7. εἰδότες οἰκεῖα] Stob. et Damaſcen. MS. εἰδότες οὐδὲ μεμαθηκότες οἰκεῖα.

tem, inſtar formicarum aut apum, ſi ex uno nido aut alveari excidimus, in mœrore ſumus, et peregrinos nos eſſe factos ægre ferimus, ignari omnia, ut ſunt, noſtra putare atque uſurpare. Ridemus quidem eum, qui dixit meliorem Athenis eſſe Lunam quam Corinthi: et tamen idem quodammodo nobis evenit, cum extra patriam conſtituti, terram, mare, aërem, cœlum dubii conſideramus, tanquam diverſa ab iis quibus adſueveramus. Quippe natura nos liberos ſolutoſque dimittit: ipſi noſmet devincimus, in anguſtias concludimus, inque arctum compingimus. Ergo Perſarum reges ſubſannamus, qui, ſiquidem hoc vere narratur, ſolam Choaſpis aquam bibentes, totum reliquum orbem terrarum aquæ expertem ſibi faciunt: ipſi interim alio locorum tranſlati, Cephiſi, Eurotæ, Taygeti, Parnaſſive deſi-

Digitized by Google

ὑποθοῦντες, ἄπολιν καὶ ἀοίκητον αὐτοῖς τὴν οἰκουμένην ποιοῦμεν.

Ζ. Αἰγυπτίων μὲν οὖν οἱ δι' ὀργήν τινα τὴν χαλεπότητα τοῦ βασιλέως εἰς Αἰθιοπίαν μετοικιζόμενοι, πρὸς τοὺς δεομένους ἐπανελθεῖν ἐπὶ τέκνα καὶ γυναῖκας, ὑποδεικνύντες τὰ αἰδοῖα κυνικώτερον, οὔτε γάμων ἔφασαν οὔτε παίδων ἀπορήσειν, ἄχρις οὗ ταῦτα μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσιν· εὐπρεπέστερον δὲ ἴσως καὶ σεμνότερον εἰπεῖν, ὡς ὅπου τις ὅτῳ μετρίων πρὸς τὸν βίον εὐπορεῖν συμβέβηκεν, ἐνταῦθα οὔτος οὔτε ἄπολις, οὔτε ἀνέστιος, οὔτε ξένος ἐστί· μόνον ἔχειν δεῖ πρὸς τούτοις νοῦν καὶ λογισμόν, ὥσπερ ἄγκυραν κυβερνήτην ἵνα παντὶ χρῆσθαι λιμένι προσορμισθεὶς δύνηται. Πλοῦτον μὲν γὰρ ἀποβαλόντα, ῥᾴδιον οὐκ ἔστι καὶ ταχέως σωσαγαγεῖν· πατρὶς δὲ γενέσθαι πᾶσα πόλις εὐθὺς ἀνθρώπῳ χρηστῷ μεμαθηκότι, καὶ ῥίζας ἔχοντι πανταχοῦ ζῆν τε καὶ τρέφεσθαι καὶ παντὶ τόπῳ προσφυεῖς δυναμένας· οἵας εἶχε Θεμιστοκλῆς, οἵας Δημήτριος ὁ Φαληρεύς. Οὗτος μὲν γὰρ ὡς Ἀλεξαν-

derio mundum nobis ad habitandum non ſatis idoneum reddimus.

VII. Sane quidam Ægyptiorum ab offenſo et irato rege in Æthiopiam demigrantes, hortantibus ut ad liberos et uxores ſuas redirent, pudenda (caninum quidem ſatis hoc) oſtendentes reſponderunt, *Quandiu hæc ſecum eſſent habituri, neque uxores ipſis neque liberos deſore.* Honeſtius hoc et majori cum gravitate dixeris, Hominem ubicunque mediocriter ſuppeditabunt res ad vitam tolerandam neceſſariæ, neque urbe, neque lare carituram: tantum adſit mens et ratio, anchoræ et gubernatoris vice, ut quovis portu, ad quem delatus fuerit, uti poſſit. Ut enim divitiæ amiſſæ non facile aut celeriter poſſunt reparari: ita patria fit quævis urbs homini qui rebus uti poſſit, radiceſque habeat, quibus vivere ubique et ali, et adnaſci queat, quales habuit Themiſtocles, habuit Demetrius Phalereus. Hic enim poſtquam in exſilium fuit actus, Alexandreæ

Digitized by Google

δρεία μετὰ τὴν φυγὴν, πρῶτος ὢν τῶν Πτολεμαίου φίλων, ὃ μόνον αὐτὸς ἐν ἀφθόνοις διῆγεν, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις δωρεὰς ἔπεμπε. Θεμιστοκλῆς δὲ χορηγίᾳ βα- 603
σιλικῇ περιπαθούμενος εἰπεῖν λέγεται πρὸς τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας, Ἀπολόμεθα ἂν, εἰ μὴ ἀπολόμεθα. Διὸ καὶ Διογένης ὁ Κύων πρὸς τὸν ἐπόντα, Συνωπεῖς σου φυγὴν οἱ Πόντιοι κατέγνωσαν, Ἐγὼ δὲ, εἶπεν, ἐκέλευον ἐν Πόντῳ μονὴν,

Ἄκραις ἐπὶ ῥηγμῖσιν Εὐξείνου Πόντου.

Στρατόνικος δὲ τὸν ἐν Σεριφῳ ξένον ἠρώτησεν, Ἐφ' ὅτῳ τῶν ἀδικημάτων φυγὴ τέθακται παρ' αὐτοῖς ὀφθίμιον· Ἀκούσας δ' ὅτι, Τοὺς ῥαδιουργοὺς φυγαδεύουσι, Τί οὖν, εἶπεν, οὐκ ἐραδιούργησας, ὅπως ἐκ τῆς γενοχωρίας ταύτης μεταστῇς; ὅπου φησὶν ὁ Κωμικὸς τὰ σῦκα ταῖς σφενδό- B
ναις τευτάσθαι, καὶ πάντα ἔχειν ὅσων δεῖ τὴν νῆσον.

η'. Ἂν γὰρ σκοπῇς ἄνευ κενῆς δόξης τὴν ἀλήθειαν, ὁ μίαν πόλιν ἔχων, ξένος ὀφθεὶς τῶν ἄλλων ἁπασῶν καὶ ἀλ-

B. 4. ὁ μίαν] Ita omnes libri, excepto Stephano et qui eum ſequuntur, ubi vitioſe exſtat ὁμοίαν.

primo inter Ptolemæi regis amicos loco, non ipſe modo vixit in abundantia rerum, ſed Athenienſibus etiam dona miſit. Themiſtocles cum regio ſumtu omnia ſuppeditarentur, ad uxorem et liberos dixiſſe fertur, *Periiſſemus niſi periiſſemus*. Ideo Diogenes etiam dicenti, Sinopenſes te exſilio e Ponto damnaverunt: reſpondit, *Et ego illos manſione in Ponto,*

Ad Euxini maris præcupta littora.

Stratonicus autem in Seripho ex hoſpite quæſivit, quodnam flagitium apud ipſos exſilio puniretur, reſpondentique, eos qui mala fraude egiſſent, *Cur*, inquit, *ergo non falſum committis, ut ex his anguſtiis emigres?* et tamen Comicus ibi ait ficus fundis dejici, omniaque habere neceſſaria inſulam.

VIII. Enimvero ſi ipſam veritatem remota inani opinione conſideres, qui uni urbi ſe addicit, is a reliquis omni-

Digitized by Google

λότερος. Οὐ γὰρ δοκεῖ καλὸν οὐδὲ δίκαιον εἶναι, καταλιπόντα τὴν ἑαυτοῦ, νέμειν ἑτέραν. Σπάρταν ἔλαχες, ταύτην κόσμει· κἂν ἄδοξος ᾖς, κἂν νοσώδης, κἂν ταραττόμενα φάσεσιν ὑφ' ἑαυτῆς ἢ πράγμασι μὴ ὑγιαίνουσιν. Οὗ δὲ ἡ τύχη τὴν ἰδίαν ἀφήρηται, τούτῳ δίδωσιν ἔχειν τὴν ἀρέσασαν. Τὸ γὰρ καλὸν ἐκεῖνο παράγγελμα τῶν
c Πυθαγορείων, Ἕλοῦ βίον ἄριστον, ἡδὺν δὲ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσει, καὶ ταύτῃ σοφόν ὅτι καὶ χρήσιμον. Ἕλοῦ πόλιν τὴν ἀρίστην καὶ ἡδίστην, πατρίδα δὲ αὐτὴν ὁ χρόνος ποιήσει· καὶ πατρίδα μὴ θεμιτῶσαν, μὴ ἀνοχλοῦσαν, μὴ παρεστάτησαν, εἰσένεγκαι, πρέσβευσον εἰς Ῥώμην, ὑπόδεξαι τὸν ἡγεμόνα, λειτούργησον. Ἂν γὰρ τούτων τις μνημονεύῃ φρένας ἔχων καὶ μὴ παντάπασι τετυφωμένος, ἀρήσεται καὶ νῆσον οἰκεῖν φυγὰς γενόμενος, Γύαρον, ἢ Κίναρον σκληράν, ἄχαρπον, καὶ φυτεύεσθαι κακήν, οὐκ ἀγνώμων, οὐδὲ ἀδυ-

B. 6. νέμειν] Item in ſola Steph. et eam ſequentibus abeſt.
C. 8. σκληρὰν—κακὴν] Forte Poetæ Senarius.

bus eſt alienus, et peregrinus in iis. Non enim juſtum videtur, ſua relicta eum habitare aliam. Spartam nactus es, eam orna: etiamſi obſcura ſit, ſi morbis obnoxia, ſi ſeditionibus maliſque rebus turbetur. Cui vero ſuam urbem fortuna adimit, ei concedit habitare quam delegerit. Pulchrum enim illud Pythagoreorum præceptum, *Delige vitæ rationem optimam, ſuavem eam conſuetudo faciet:* etiam hic ſapienter poteſt uſurpari. Urbem delige optimam et tibi jucundiſſimam, patriam eam tibi tempus faciet, et quidem patriam, quæ te non diſtrahat occupationibus, non moleſta ſit interpellando, non jubeat modo Romam ire legatum, excipere modo præfectum, alias publica obire miniſteria. Quæ ſi quis memoria repetat non plane faſtu inflatus, ſua patria ejectus vel inſulam ſibi pro domicilio deliget, Gyaron, puta, aut Cinarum aſperam, ſterilem, atque cultu difficilem:

Digitized by Google

ἐμοὶ δὲ λέγων ἐκεῖνα τὰ τοῦ ποθὲν Σιμωνίδη γυναικῶν,

Ἴσχει δέ με πορφυρέας ἀλὸς ἀμφιταρασσομένας ὀρυγμαδός. D

ἀλλὰ μᾶλλον τὸ τοῦ Φιλίππου λογιζόμενον· πεσὼν γὰρ ἐν παλαίστρᾳ, καὶ μεταγραφεὶς, ὡς εἶδε τοῦ σώματος τὸν τύπον, Ὦ Ἡράκλεις, εἶπεν, ὡς μικρῆς μέρους τῆς γῆς φύσει μετέχοντες, ὅλης ἐφιέμεθα τῆς οἰκουμένης.

Θ'. Οἴμαί σε τὴν Νάξον γεγονέναι θεατὴν, εἰ δὲ μὴ, τὴν Θυρίας σκόπελον πλησίον ὄσης· ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἐχώρει τὸν Ἐφιάλτην καὶ τὸν Ὦτον, αὕτη δὲ τοῦ Ὠρίωνος ἦν οἰκητήριον. Ὁ δὲ Ἀλκμαίων ἰλὺν νεοπαγῆ τοῦ Ἀχελῴου ποταμοῦ ἐπῴκησεν ὑποφεύγων τὰς Εὐμενίδας, ὡς οἱ ποιηταί λέγουσιν· ἐγὼ δὲ καὶ ἐκεῖνον οἶμαι φεύγοντα E πολιτικὰς ἀρχὰς καὶ φάσεις, καὶ συκοφαντίας ἐριννυώδεις, ἐλέσθαι βραχὺ χωρίον ἀπραγμόνως καὶ ἡσυχίᾳ κατοικεῖν. Τιβέριος δὲ Καῖσαρ ἐν Καπρέαις ἑπτὰ ἔτη δυσὶν μὲ-

D. 7. Θυρίας] Legendum γ' Τρίας; monuit L. Holſten. ad Steph. Byz. p. 337. ita enim ſcribere voluit, non Θ' Τρίης ut expreſſum legitur.

idque non animo æger, non lugens, neque iſta mulierum apud Simonidem uſurpans verba,

Tenet me purpurei maris
Fremitus circum exagitati.

Sed illud Philippi potius ſecum reputabit, qui cum aliquando in palæſtra cecidiſſet, poſtquam converſus in pulvere ſuam vidit imaginem, *Dii boni*, dixit, *univerſum terræ orbem appetimus, tam exigua terræ portione a natura nobis tributa!*

IX. Exiſtimo Naxum abs te ſpectatam, aut ſaltem Hyriam ei vicinam: atqui illa Otum et Ephialtem cepit, hæc Orionis fuit domicilium. Et Alcmæon in limo recens compacto quem Achelous aggeſſerat, ſedem poſuit, cum, ut eſt apud poëtas, Eumenides fugeret. Ego autem arbitror eum quoque civiles fugiſſe magiſtratus et ſeditiones furioſaſque calumnias, ac ſibi delegiſſe exiguam ſedem, ubi in otio tranquille viveret. Tiberius ſane Cæſar ſeptennium uſque ad mortem Capreis vixit, tanto-

Digitized by Google

χρι τελευτῆς· καὶ τὸ τῆς οἰκουμένης ἡγεμονικὸν ἱερὸν, ὥσπερ εἰς καρδίαν σωτηρίου, ὑδαμοῦ μετέστη τοσοῦτον χρόνον. Ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν αἱ τῆς ἡγεμονίας φροντίδες ὀπτεύομαι καὶ περιφερόμεναι πανταχόθεν, ὑ καθαρὰν παρεῖχον οὐδὲ ἀκύμονα τῷ νησιώτην ἡσυχίαν. Ὃς δὲ F ἔξεστιν εἰς μικρὰν ἀποβάντι νῆσον, οὐ μικρῶν ἀπηλλάχθαι κακῶν, ὅτος ἄθλιός ἐστι, μὴ περιαλῶν ἑαυτῷ τὰ Πινδαρικὰ, μηδὲ ἐπᾴδων πολλάκις,

Ἐλαφρὰν κυπάρισσον φιλέειν,
Ἐᾶν δὲ νομὸν Κρήτας παριδαίων·
Ἐμοὶ δ' ὀλίγον μὲν γᾶς δίδοται,
Ὀθνεῖα ἄδην, πενθέων δὲ ἐκ ἔλαχον ὐδὲ τασίων,

οὐδὲ περιταγμάτων ἡγεμονικῶν, οὐδὲ ὑπουργιῶν ἐν πολιτικαῖς χρείαις, καὶ λειτουργιῶν δυσπαραιτήτων.

ι'. Ὅπου γὰρ οὐ φαύλως δοκεῖ λέγειν ὁ Καλλίμαχος, τὸ,

Μὴ μετρεῖν χοίνῳ Περσίδι τὴν σοφίην,

ὅπου τὴν εὐδαιμονίαν χοίνοις καὶ ξεστάγλαις μετροῦντες,

F. 5. παριδαίων—ἄδην] Forte παριδαίων—ἀδρός: prius et Mez. monuit, et ita vertit Amiot. posterius etiam Reiskio placuit.

que tempore totius orbis terrarum imperii sacra in uno corde concluſa, locum nuſquam mutaverunt. Verum ei quidem curæ imperii circumfuſæ et undiquaque ingruentes, non conceſſerunt puram et tranquillam quietem inſularem. Cui vero licet in exiguam digreſſo inſulam non parvis liberari malis, is miſer eſt, ſi non ſecum Pindarica iſta loquitur, ac ſæpe cantillat,

Amabo levem cupreſſum,
Omiſſis Cretæ paſcuis
Terræ mihi datum eſt parum:
Careo interim doloribus:

et vero abſunt ſeditiones, mandata principum, miniſteria publica, et officia difficulter excuſanda.

X. Si enim recte dixit Callimachus, *Non debere nos ſapientiam ſchæno Perſica metiri*, cur beatitatem ſchœnis aut paraſangis metientes, ſi inſulam

ἐὰν νῆσον οἰκῶμεν διακοσίων σταδίων, ἀλλὰ μὴ τεσσάρων 603
ἡμερῶν, ὥσπερ ἡ Σικελία, περίπλουν ἔχουσαν, ὀδυνᾶν ἑαυτοὺς καὶ θρηνεῖν ὀφείλομεν ὡς κακοδαιμονοῦντες; Τί γὰρ ἡ πλατεῖα χώρα πρὸς τὸν ἄλυπον βίον; οὐκ ἀκούεις τοῦ Ταντάλου λέγοντος ἐν τῇ τραγῳδίᾳ,

Σπείρω δ' ἄρουραν δώδεκα ἡμερῶν ὁδόν,
Βερεκύνθια χῶρον, ———

εἶτα μετ' ὀλίγον λέγοντος,

Θυμὸς δέ μοὐ' ἀμὸς ἐραννῷ κυρῶν ἄνω,
Ἔραζε πίπτει, καί μι προσφωνεῖ τάδε,
Γίνωσκε τἀνθρώπεια μὴ σέβειν ἄγαν.

Ὁ δὲ Ναυσίθοος τὴν εὐρύχωρον Ὑπέρειαν καταλιπὼν διὰ τὸ γειτνιᾶν τοὺς Κύκλωπας αὐτῇ, καὶ μεταλὰς εἰς νῆσον,

——— ἰκὰς ἄλλων ἀλφηστάων,

καὶ κατοικῶν ἀνεπίμικτος

Ἀνθρώπων ἀπάνευθε, πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ,

τὸν ἥδιστον παρεσκεύασε βίον τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις. Τὰς

B. 1. ἄλλων] Malim ἀνδρῶν ut exempla Homer. Od. ζ. 8.

incoleremus ducenti ſtadiorum, non ut Sicilia quatridui ambitu contentam, deplorabimus noſmet tanquam infelices? Quid enim confert loci amplitudo ad moleſtiæ vacuitatem? Non audis quid in tragœdia dicat Tantalus,

Bis ſex dierum menſura conſero ego agros,
Berecynthia arva.—

ac paulo poſt dicentem,

Animus meus ſurſum uſque evellus ad polum,
Decidit humi, et me ſic videtur alloqui,
" Diſce haud nimis magni facere mortalia."

Et Nauſithous amplam ſpatiis Hypereian deſerens quod vicini ei eſſent Cyclopes, in inſulam commigravit,

Quæ procul a reliquis mortalibus uſque remota,
Solaque in undoſi ſedes foret æquore ponti:

et evitatis aliorum hominum commerciis, ſuaviſſimam ſuis civibus vivendi rationem pa-

Digitized by Google

δὲ Κυκλάδας πρότερον μὲν οἱ Μίνω παῖδες, ὕστερον δὲ οἱ Κόδρου καὶ Νέλεω κατῴκησαν· ἐν αἷς ταυτῃ οἱ ἀνόητοι φυγάδες οἴονται κολάζεσθαι. Καίτοι ποία φυγαδικὴ νῆσος οὐκ ἔστι πλατυτέρα ἡ Σκιλλουντίας χώρας, ἐν ᾗ Ξενοφῶν μετὰ τῆς στρατείας τὸ λιπαρὸν ἔδαφος γῆρας; Ἡ δ' Ἀκαδημία, τετραλίνων ὀργυιῶν χωρίδιον ἐωνημένον, οἰκητήριον ἦν Πλάτωνος καὶ Ξενοκράτους καὶ Πολέμωνος, αὐτόθι σχολαζόντων καὶ καταβιούντων τὸν ἅπαντα χρόνον· c πλὴν μίαν ἡμέραν ἐν ᾗ Ξενοκράτης καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς ἄστυ κατῄει Διονυσίων καινοῖς τραγῳδοῖς, ὀπτικομῶν, ὡς ἔφασαν, τῇ ἑορτῇ. Ἀριστοτέλει δὲ καὶ λελοιδόρηκε Θεόκριτος ὁ Χῖος, ὅτι τὴν παρὰ Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ δίαιταν ἀγαπήσας,

——— εἵλετο ναίειν
Ἀντ' Ἀκαδημείας Βορβόρου ἐν προχοαῖς.

ἔστι γὰρ ποταμὸς περὶ Πέλλαν· ὃν Μακεδόνες Βόρβορον καλοῦσι. Τὰς δὲ νήσους ὥσπερ ἐπίτηδες ὑμνῶν καὶ

ravit. Jam Cyclades insulas olim Minois filii, postea Codri et Nelei progenies inhabitaverunt: hodie in iis fatui exsules supplicium se perferre putant. Quanquam quæ tandem exsulibus destinata insula non est amplior Scilluntio prædio, in quo Xenophon post expeditionem illam nobilem præclare consenuit? Academia tribus drachmarum millibus emta, domicilium fuit Platonis, Xenocratis, Polemonis ibi disputantium ac totam ætatem conterentium: unica demta die, qua Xenocrates quotannis in Astu ivit Liberalibus, novis Tragœdis certantibus, ut, quod aiunt, condecoraret festivitatem. Aristoteli etiam exprobravit Theocritus Chius, quod Philippi et Alexandri convictum amans,

Spreta Academia, loca qua se Borborus amnis
Effundit posthac maluerit colere.

Est enim fluvius apud Pellam, qui Macedonibus dicitur Borborus: (cum Græce ea vox cœnum significet). Quid quod Homerus insulas nobis quasi ex professo prædicat at-

Digitized by Google

συνιζὰς ἡμῖν ὁ ποιητὴς,

Λῆμνον δ' εἰσαφίκανε πόλιν θείοιο Θόαντος.

καὶ,

Ὅσσον Λέσβος ἄνω μακάρων ἕδος ἐντὸς ἐέργει. D

καὶ,

Σκῦρον ἐλὼν αἰπεῖαν Ἐνυῆος πτολίεθρον,

καὶ,

Οἳ δ' ἐκ Δουλιχίοιο Ἐχινάων θ' ἱεράων
Νήσων, αἳ νάιουσι πέρην ἁλὸς Ἤλιδος ἄντα.

Καὶ τοὺς ὀπιφανῶν ἀνδρῶν νῆσον οἰκεῖν φασὶ τὸν θεοφιλέστατον Αἰόλον, τὸν σοφώτατον Ὀδυσσέα, τὸν ἀνδρειότατον Αἴαντα, τὸν φιλοξενώτατον Ἀλκίνουν.

ια'. Ὁ μὲν οὖν Ζήνων, πυθόμενος ὡς ἔπι λοιπὴν εἶχε ναῦν μίαν τῶν φορτίων καταπεπομφὼς ὑπὸ τῆς θαλάσσης, Εὖγε, εἶπεν, ὦ τύχη, ποιεῖς, εἰς τέλεια καὶ βίον φιλόσοφον συνελαύνουσα ἡμᾶς. Ἀνὴρ δὲ μὴ τετυφωμένος παντάπασι μηδὲ ὀχλομανῶν, οὐκ ἂν, οἶμαι, E

D. 1. μακάρων] Legendum Μάκαρος ex Homer. Il. Ω. 544. ut Mez. monuit ad Ovid. Ep. p. 262. T. I.

que celebrat,

Lemnum divini venit inde Thoantis in urbem.

item,

Et quæ Lesbus habet sedes præclara deorum.

et,

Scyron Enyei celsam cum cepimus urbem.

rursum,

At qui Dulichium sacras et Echinadas alto
Incoluere mari, claræ e regione jacentis
Elidis ——.

Ac de illustribus viris habitasse in insulis aiunt, diis charissimum Æolum, sapientissimum Ulyssem, fortissimum Ajacem, hospitalitatis laude clarissimum Alcinoum.

XI. Zeno, cum narratum ei esset, navim, quam unam reliquam habuerat, una cum mercibus esse a mari absorptam, *Bene*, inquit, *O fortuna, facis, in pallium me et vitam compellens philosophicam.* Homo autem non fastu tumens, neque plane insaniens turbæ hominum amore, non, puto, culpabit fortunam si ab ea in

Digitized by Google

τῷ τύχῃ μέμφαιτο συνελαυνόμενος εἰς νῆσον, ἀλλ' ἐπαινέσεται ὅτι τὸν πολὺ ἄλλῳ καὶ ῥέμβον ἑαυτῷ, καὶ πλάνας ἐν ἀποδημίαις, καὶ κινδύνους ἐν θαλάσσῃ, καὶ χορύβους ἐν ἀγορᾷ παρελοῦσα, μόνιμον καὶ γελαῖον καὶ ἀπερίσπαστον καὶ ἴδιον βίον ὡς ἀληθῶς δίδωσι, κέντρῳ γ' ἀφανίσματι παρειράμενα τὴν τῶν ἀναγκαίων χρείαν. Ποία γὰρ νῆσος οἰκίαν οὐκ ἔχει, πάπατον, λυπρὸν, ἰχθῦς, λαγωὸς, ἄγρα καὶ παιδιὰ ζῆσθαι βουλομένοις; τὸ μέγιστον, ἡσυχίας, ἧς διψῶσιν ἕτεροι, σοὶ πολλάκις τυχεῖν
F ἔνεστι· ἀλλὰ πετλεύοντας καὶ ἀποκρυπτομένους οἴκοι συκοφάνται καὶ πολυπράγμονες ἐξιχνεύοντες καὶ διώκοντες ἐκ τῶν παρατείων καὶ τῶν κήπων, εἰς ἀγορὰν καὶ εἰς αὐλὴν βίᾳ καταγουσιν· εἰς δὲ νῆσον οὐκ ἐνοχλῶν τις, οὐκ αὐτῶν, ἢ δανειζόμενος, οὐκ ἐγγυήσασθαι παρακαλῶν, οὐ συναρ-
604 χαιρεσιάσαι, δι' εὔνοιαν δὲ καὶ πόθον οἱ βέλτιστοι τῶν ἀναγκαίων καὶ οἰκείων πλέουσιν· ὁ δὲ ἄλλος βίος ἄσυλος

insulam aliquam detrudatur, sed gratias aget, quod ipsi multas istas molestias, vagosque errores, et jactationes peregrinationum, pericula navigationum, tumultusque forenses adimens, stabilem et quietam, otiosamque et suavissimam re vera vitam dederit, rerum necessariarum mensuram veluti circino describens. Quæ enim insula est, quæ non habeat domum, ambulationem, lavacrum, pisces, lepores, si quis venatione et animi oblectatione parum seria uti velit? Et quod est potissimum, quies, cujus sitis plerosque tenet, tibi plerumque in manu tua erit. Tesseris ludentes, et domi se occultantes, investigant sycophantæ et curiosi homines, consectanturque, et ex suburbanis, hortisque in forum et aulam vi pertrahunt: in insulam nemo interpellandi, petendi, æs alienum contrahendi, aut ad fidejussionem exorandi, vel comitiorum officia oratum, navigat: sed hoc faciunt necessariorum et familiarium optimus quisque, benevolentia et desiderio impulsus: reliquum vi-

Digitized by Google

καὶ ἱερὸς ἀνεῖται τῷ βεβουλημένῳ καὶ μεμαθηκότι χαλάζειν. Ὁ δὲ τὰς περιεχούσας ἔξω, καὶ τὸν βίον τὸ πλεῖστον ἐν πανδοκείοις καὶ πορθμίοις ἀναλίσκουσας εὐδαιμονίζων, ὅμοιός ἐστι τῷ τὰς πλάνητας οἰομένῳ τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων θαττον ἄμεινον· καίτοι τῶν πλανήτων ἕκαστος ἐν μιᾷ σφαίρᾳ καθάπερ ἐν νήσῳ περιπολῶν, διαφυλάττει τὴν τάξιν· ἥλιος γὰρ οὐχ ὑπερβήσεται μέτρα· φησὶν ὁ Ἡράκλειτος· εἰ δὲ, μὴ ἐρινύες μιν δίκης ἐπίκουροι ἐξευρήσουσιν.

ιβ'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὦ φίλε, καὶ τὰ τοιαῦτα τοῖς ἐκείνοις λέγωμεν καὶ ἐκείνοις ἐπᾴδωμεν, οἷς εἰς ἅπαν ἀπφκισμένοις ἀνεπίμικτα ποιεῖ τὰ ἄλλα

Πόντος ἀλὰς, ὁ πολεῖς ἀέκοντας ἐρύκει·

σοὶ δὲ οὐχ ἑνὸς δεδομένου μόνον ἀλλὰ ἀπειρημένου τόπου, πασῶν ἐστιν ἐξουσία πόλεων ἡ μιᾶς κώλυσις. Ἀλλὰ μὴν τῷ, "Οὐκ ἄρχομαι, οὐδὲ βουλεύομαι, οὐδὲ "ἀγωνοθετῶμαι," ἂν ἀντιθῇς τὸ "Οὐ στασιάζομαι, οὐκ

tæ tanquam in asylo constituti et sacrosancti est ei, qui velit et didicerit liberali otio frui. At qui foris discurrentes, vitæque majorem partem in diversoriis publicis et teloniis consumentes beatos prædicant, similes sunt eorum qui planetas inerrantibus stellis meliore putant esse conditione. Et tamen unusquisque planetarum suo in orbe tanquam insula aliqua ita circumvertitur, ut suum servet ordinem. *Sol enim*, inquit Heraclitus, *nunquam suos fines transgredietur: si peccaverit, Furiæ eum Justitiæ adjutrices invenient.*

XII. Verum enimvero hæc, amice, his dicimus atque accinimus, quibus cum in insulam commigratum est, commercia cum aliis præcidit

Unda maris, multos invitos illa repellens

tibi, cum non sit unus adsignatus locus, sed uno prohibitum, dum uno interdicitur, omnium aliorum potestas est data. Porro autem his cogitationibus, *Non gero magistratum, non sum in senatu, non præmiorum in certaminibus sum arbiter*, si hæc opponas, *Non interfumus seditionibus, non*

Digitized by Google

" ἀναλίσκομεν, οὐδὲ παρεσπεύδομεν ἡγεμόνος
" οὐδὲ νεῶ μέλει ἡμῖν ὅστις ὁ κεκληρωμένος τιὼ ἐπαρ-
" χίαν ἐστὶν, εἰ ἀκρόχολος, εἰ ἐπαχθής." Ἀλλ' ἡμεῖς, καθάπερ Ἀρχίλοχος τῆς Θάσου τὰ καρποφόρα καὶ οἰνόπεδα παρορῶν, ἀφ' ὑψηλοῦ τινος ἀνώμαλον καὶ δύσβατον τιὼ νῆσον, εἰπών,

——τῇδε δὴ ὦν' ἵνα ῥάχις
Ἔρημον ὕλης ἀγρίας ἐπιστέφει,

ὕπου δὲ φυγῆς παρὰ μέρος ὃ ἄδοξον ἐνίοτε νομίζομεν, παρορῶμεν τὴν ἀπραγμοσύνην καὶ τὴν σχολὴν καὶ τὴν ἐλευθερίαν. Καίτοι τοὺς γε Περσῶν βασιλέας εὐμακαρίζουσιν, ὅταν Βαβυλῶνι τὸν χειμῶνα διάγωσιν, ὅταν δὲ Μηδίᾳ τὸ θέρος, ὅταν δὲ Σούσοις τὸ ἥδιστον τοῦ ἔαρος. Ἔξεστι δὴ καὶ τῷ μεθεστῶτι, μυστηρίοις μὲν Ἐλευσῖνι διατρίβειν, Διονυσίοις δὲ Ἄργει πανηγυρίζειν, Πυθίων ἀγομένων εἰς Δελφοὺς παρελθεῖν, Ἰσθμίων εἰς Κόρινθον, ἄν περ ᾖ φιλοθεώτερος· εἰ δὲ

B. 11. Ἀλλ' ἡμεῖς] Sic Baſ. Xyl. Vulgo, ἀλλ' ὡς ἡμεῖς.

C. 11. *In* Ἄργει] Excidit ſupplementum ſententiæ, quæ ita deſiderat ſcribi, *in* ἄστει, Νεμείοις *in* Ἄργει. Majori etiam vitio tres Græco-Latinæ, *in* ἀρχῇ exhibent.

ſumtus facimus, non fores præfecti obſervamus, non curæ nobis eſt cui nunc provincia noſtra obtigerit, iracunduſne ſit an importunus. Sed quemadmodum Archilochus Thaſi inſulæ frugifera arva et vineta ſilentio prætermittens, eam ob aſperitatem et inæqualitatem traduxit, ita ſcribens,

—illa aſini dorſum velut
Stat, materie ſylveſtri prorſus obſita:

ſic nos exſilii unam partem acrius conſideramus, in qua eſt obſcuritas et ignominia, ab altera otium, quietem, et libertatem negligimus. At enim reges Perſarum eo nomine felices prædicant, quod hyemem Babylone, æſtatem in Media, Suſis ſuaviſſimum veris tempus exigerent. Licet vero exſuli myſteriorum tempore Eleuſine degere, Liberalibus Athenis, Nemeis Argi intereſſe, Pythiis Delphos, Iſthmiis Corinthum ſe conferre, ſiquidem ſpectaculis delectatur: ſin ve-

Digitized by Google

μὴ, σχολὴ, ἀδιάπτωτος, ἀνάγνωσις, ὕπνος ἀδιάλειπτος· τὸ D
τῶ Διογένους, Ἀριστοτέλης ἀρίστα, ὅταν δοκῇ Φιλίππῳ, Διογένης ὅσα Διογένει· μήτε πραγματείας, μήτε ἄρχοντος, μήτε ἡγεμόνος τὴν σωφροσύνην διαφθείροντος.

ιγ'. Διὰ τοῦτο τῶν φρονιμωτάτων καὶ σοφωτάτων ὀλίγους ἂν εὕροις ἐν ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι κεκοιμημένους· οἱ δὲ πλεῖστοι μηδενὸς ἀναγκάζοντος, αὐτοὶ τὸ ἀγκύριον ἀφάμενοι, μεθωρμίσαντο τὸν βίον, καὶ μετέστησαν, οἱ μὲν εἰς Ἀθήνας, οἱ δὲ ἐξ Ἀθηνῶν. Τίς γὰρ εἴρηκε τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος ἐγκώμιον τοιοῦτον οἷον Εὐριπίδης;

Ἦ πρῶτα μὲν λεὼς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
Αὐτόχθονες δ' ἔφυμεν· αἱ δ' ἄλλαι πόλεις E
Πεσσῶν ὁμοίως διαφορηθεῖσαι βολαῖς,
Ἄλλαι παρ' ἄλλων εἰσὶν ἐξαγώγιμοι.
Εἰ δὲ πάρεργον χρή τι κομπάσαι γύναι,
Οὐρανὸν ὑπὲρ γῆς ἔχομεν εὖ συγκεκραμένον·
Ἰὼ δ' οὔτ' ἄγαν πῦρ, οὔτε χεῖμα συμπιτνεῖ.
Ἃ δὲ Ἑλλὰς Ἀσία τε τρέφει κάλλιστα,

D. 7. αὐτοὶ] Sic Venet. Vulgo, αὐτό.
E. 7. Ἃ δὲ Ἑλλὰς—συνθηρεύομεν] Nil mutavi; quando nec codices Plutarchei quid mutabant. Probo Musgravium in priori versu corrigentem, Ἃ δ' Ἑλλὰς Ἀσίς τ' ἐκτρέφει κάλλις' ἀεί: in posteriore τῆς γῆς item probo, non item ἃ θηρεύομεν. T. III. p. 562.

ro, otium in manibus est, deambulatio, lectio, somnus absque interturbatione, Diogenis illud, *Prandet Aristoteles quando Philippo lubet, Diogenes quando Diogeni:* cum neque negotium, neque magistratus, neque præfectus victus rationem usitatam tibi interrumpat.

XIII. Ob hanc adeo causam paucos de prudentissimis et sapientissimis invenies in sua patria sepultos. Plerique nemine cogente revulsis anchoris vitæ navim ad alium portum applicuerunt, alii Athenas, alii ex Athenis. Quis enim ita patriam suam laudavit, ut Euripides, cujus hæc sunt?

Primum, nec inquilinus nos populus sumus,
Sed indigenæ, natique in hoc adeo solo e
Cum cæteræ urbes tesserarum instar citæ
Aliis aliæ cives mittant identidem.
Quod si quid extra propositum me femina
Jactare fertis, cæli in temperie optima
Tellurem apud nos ambit: haud æstus gravis
Nos urget: haud hyems gelu nimio premit.
Tum quidquid habet Asia, aut jucundum Græcia,

Digitized by Google

Τῆς γε δίκαιαν ἴχνεσι συνθηρεύομεν.

Ἀλλ' ὁ Τραῦλος γράψας εἰς Μακεδονίαν ᾤχετο, καὶ παρ' Ἀρχελάῳ κατεβίωσεν. Ἀκήκοας δ' ἐπῶν καὶ τοῦτο τὸ ἐπιγραμμάτιον,

F Αἰσχύλον Εὐφορίωνος Ἀθηναῖον τόδε κεύθει
Μνῆμα καταφθίμενον πυροφόροιο Γέλας.

καὶ γὰρ καὶ οὗτος εἰς Σικελίαν ἀπῆρε, καὶ Σιμωνίδης πρότερον. Τὸ δέ, "Ἡροδότου Ἁλικαρνασσέως ἱστορίης ἀπόδειξις ἥδε," πολλοὶ μεταγράφουσιν, "Ἡροδότου Θουρίου" μετῴκησε γὰρ εἰς Θουρίους, καὶ τῆς ἀποικίας ἐκείνος τῆς μετέσχε. Τὸ δὲ ἱερὸν καὶ δαιμόνιον,

Ἐν Μούσαις πνεῦμα, Φρυγίας κοσμήτορα μάχας

Ὅμηρον, οὐ τοῦτο πεποίηκε πολλαῖς ἀμφισβητήσιμον πόλεσιν, ὅτι μὴ μιᾶς ὄψιν ἐγκωμιαστής; Καὶ ξενίου Διὸς πολλαὶ τιμαὶ καὶ μεγάλαι.

ιδ'. Εἰ δέ φησί τις ὅτι δόξαν οὗτοι καὶ τιμὰς ἐθη-

E. 10. δι' ἐπῶν] Non placet. Malim δὲ ἔπους.
F. 6. Θούριος] Ita omnes libri, excepto Xyl. qui Θυρίους habet.

Hoc omne conſectamur genii gratia.

Et tamen is ipſe, qui hæc ſcripſit, in Macedoniam abiit, atque apud Archelaum vitæ reliquum exegit. Audiviſti, puto, etiam hoc Epigramma,

Æſchylus Euphorionis, Athenis natus,
in arvis
Frugiferi jacet hic poſt ſua fata Gelæ.

Nam et hic in Siciliam abiit, et ante eum Simonides. Tum illud, *Herodoti Halicarnaſſei hiſtoriæ editio hæc*, ſunt qui ſic ſcribant, *Herodoti Thurii.* Migravit enim Thurios, parſque fuit ejus coloniæ. Jam ſacrum illum et divinum Muſarum ſpiritum, Phrygiæ exornatorem pugnæ, Homerum, nonne hæc eſt cauſſa cur tam multæ urbes ſibi vindicare voluerint, quod non unam aliquam laudat? At Jovi quoque Hoſpitali multi habentur magnique honores.

XIV. Quod ſi quis dicat, iſtos gloriam et honores cap-

Digitized by Google

ρδιον, ὅπῃ τὰς σοφὰς ἐλθῇ, καὶ τὰς σοφὰς Ἀθήνησι σχολὰς καὶ ἀφιγμένας· ἀναπέμπασαι τὰς ἐν Λυκείῳ, τὰς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τὴν Στοάν, τὸ Παλλάδιον, τὸ Ὠιδεῖον. Εἰ τὴν Περιπατητικὴν ἀσπάζῃ μάλιστα καὶ τεθαύμακας, Ἀριστοτέλης ἦν ὁ Σταγείρων· Θεόφραστος, ὁ Ἐρέσιος· Στράτων, ὁ Λαμψάκου· Γλύκων, ὁ Τρωάδος· Ἀρίστων ὁ Κέως· Κριτόλαος, Φασηλίτης. Εἰ τὴν Στωϊκὴν Ζήνων, Κιτιεύς· Κλεάνθης, Ἄσσιος· Χρύσιππος, Σολεύς· Διογένης, Βαβυλώνιος· Ἀντίπατρος, Ταρσεύς· ὁ δὲ Ἀθηναῖος Ἀρχίδημος εἰς τὴν Πάρθων μεταστὰς, ὁ Βαβυλῶνι Στωϊκὴν ἀφοδὸν ἀπέλιπε. Τίς οὖν τούτους ἐδίωξεν; οὐδείς· ἀλλ' αὐτοὶ διώκοντες ἡσυχίαν, ἣν ἐν πάνυ μέτεστιν οἴκοι τοῖς ἰδιώταις δόξαν ἢ δύναμιν ἔχουσι, τὰ μὲν ἄλλα λόγοις, τοῦτο δὲ ἔργοις ἡμᾶς διδάσκουσι. Καὶ γὰρ νῦν οἱ δοκιμώτατοι καὶ κράτιστοι ζῶσιν ὅπῃ ξένης, ἢ

A. 11. Ἐρέσιος] Sic Baſ. Alii aliter. Vulgo, Ἐφέσιος.

B. 6. τούτους] Sumſi a Stob. et Damaſceno MS. qui habent τούτους ἐδίωξεν οὐδείς. Vulgo, τοιούτους.

B. 9. τὰ μὲν ἄλλα] Forte, Καὶ τὰ μὲν ἄλλα—.

taſſe, ad Sapientes animum refer, ſapienteſque illas Athenienſium ſcholas et diſputationes tecum recenſe, Lycei, Academiæ, Stoæ, Palladii, Odei. Si Peripateticam reliquis præfers philoſophiam, Stageira patriam habuit Ariſtoteles, Ereſſum Theophraſtus, Lampſacum Straton, Troadem Glycon, Ceum Ariſton, Phaſelites fuit Critolaus. Si Stoicam probas: Citienſis erat Zeno, Cleanthes Aſius, Chryſippus Solenſis, Diogenes Babylonius, Antipater Tarſenſis: adeoque Athenienſis Archidemus ad Parthos abiit, ac Babylone Stoicæ ſcholæ ſucceſſionem reliquit. Quis autem illos extorres egit? Nemo: ſed ultro otium ſectantes honeſtum, quod non temere contingit iis qui in patria alicujus nominis ſunt aut potentia pollent, reliqua verbis, nos docuerunt hoc factis. Atque etiam hodie celeberrimi et præſtantiſſimi viri vivunt extra patriam, non indicto, ſed

Digitized by Google

μεταξαθέντες, ἀλλὰ μεταξάντες, οὐδὲ φυγαδευθέντες, ἀλλὰ φυγόντες αὐτοὶ τὰ πράγματα καὶ τὰς ἀσπασμοὺς καὶ ἀσχολίας ἃς αἱ πατρίδες φέρουσι. Καὶ γὰρ τοῖς παλαιοῖς, ὡς ἔοικεν, αἱ Μοῦσαι τὰ κάλλιστα τῶν συνταγμάτων ἐν δοκιμάσταις, Φυγὴν λαβοῦσαι συνεργὸν, ἐπετέλεσαν. Θουκυδίδης Ἀθηναῖος συνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων ἐν Θράκῃ περὶ τὴν Σκαπτὴν ὕλην· Ξενοφῶν, ἐν Σκιλλοῦντι τῆς Ἠλείας· Φίλιστος ἐν Ἠπείρῳ· Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης, ἐν Ἀθήναις· Ἀνδροτίων Ἀθηναῖος, ἐν Μεγάροις· Βακχυλίδης ὁ ποιητὴς, ἐν Πελοποννήσῳ. Πάντες οὗτοι καὶ πλέονες ἄλλοι τὰ πατρίδων ἐκπεσόντες, οὐκ ἀπέγνωσαν, οὐδὲ ἔρριψαν ἑαυτοὺς, ἀλλ' ἐχρήσαντο ταῖς εὐφυίαις, ἐφόδιον πρὸς τῆς τύχης μὴ τὴν Φυγὴν λαβόντες, δι' ἣν παντοίων καὶ τεθνηκότες μνημονεύονται· τῶν δὲ ἐκβαλόντων καὶ χρησαμένων οὐδὲ εἷς λόγος οὐδενὸς ἀπολελείπται.

D. 7. ἀπολέλειπται] Sic E. G. Vulgo, ἀπολείπεται.

ultro ſuſcepto Exſilio: neque juſſi fugere, ſed ſponte ſua fugientes negotia, occupationes, moleſtias, quas patria adfert. Etenim Muſæ, quantum video, veteribus pulcherrima et nobiliſſima ſcripta ut componerent, exſilium pro adjumento adſumſerunt. Thucydides Athenienſis bellum Peloponneſiorum et Athenienſium conſcripſit in Thracia apud Scapten Hylen: Xenophon in Scillunte Elidis: Philiſtus in Epiro: Timæus Tauromenii in Sicilia natus, Athenis: Androtion Athenienſis Megaræ: Bacchylides poëta in Peloponneſo. Hi omnes, iiſque adhuc plures, patria ſua amiſſa non deſponderunt animos, neque ſeſe projecerunt, ſed bonitate ſuorum ingeniorum uſi, tanquam commeatum fortuna Exſilium ſuppeditante, apud omnes etiam poſt mortem fama ſunt celebri: neque eorum qui illos ejecerunt, ulla ullius a poſteris habetur ratio.

Digitized by Google

ιε'. Διὸ καὶ γελοῖός ἐστιν ὁ νομίζων ἀδοξίαν τῇ φυγῇ προστεῖναι. Τί λέγεις; ἄδοξός ἐστι Διογένης; ὃν ἰδὼν Ἀλέξανδρος ἐν ἡλίῳ καθήμενον, ἐπιστὰς ἠρώτησεν εἴ τινος δεῖται· τὸν δὲ μηδὲν ἄλλ' ἢ σμικρὸν ἀποσκοτίσαι κελεύσαντος· ἐκπλαγεὶς τὸ φρόνημα, πρὸς τοὺς φίλους ἔφη, Εἰ μὴ Ἀλέξανδρος ἦμην, Διογένης ἂν ἤμην. Ἠδόξει δὲ Κάμιλλος ἐκ τῆς Ῥώμης ἐλαυνόμενος, ἢ δεύτερος κτίστης νεὼν ἀναγορεύεται; Καὶ μὴν Θεμιστοκλῆς ὁ τὴν ἐν τοῖς Ἕλλησι δόξαν φυγὼν ἀπέβαλεν, ἀλλὰ τὴν ἐν τοῖς βαρβάροις προσέλαβε. Καὶ φθονεῖς ἐστιν ὅστις ἀφιλότιμος, οὐδὲ ἀγεννὴς, ὃς μᾶλλον ἂν ἐβούλετο Λεωβάτης ὁ γραμματεὺς, ἢ Θεμιστοκλῆς ὁ φυγαδευθεὶς εἶναι· καὶ Κλώδιος ὁ ἐκβαλὼν, ἢ Κικέρων ὁ ἐκβληθεὶς· καὶ Ἀριστοφῶν ὁ κατηγορήσας, ἢ Τιμόθεος ὁ μεταστὰς ἐκ τῆς πατρίδος.

ις'. Ἀλλ' ἐπεὶ πολλοὺς τὰ τοῦ Εὐριπίδου κινεῖ δυνα-

XV. Quare is quidem ridiculus eſt, qui Exſilium putat cum ignominia conjunctum. Quid enim dices? Obſcurus fuit Diogenes? quem cum Alexander vidiſſet in Sole apricantem, et quæſiviſſet aliquane re indigerit: iſque reſpondiſſet, *Nulla, niſi ut paulum ſecedens Solis radios non intercipias:* miratus animi magnitudinem, amicis dixit, *Niſi Alexander eſſem, Diogenes vellem eſſe.* Obſcuruſne fuit Camillus Roma ejectus, qui nunc alter Romæ conditor dicitur? Et quidem Themiſtocles ſolum Græciæ coactus vertere, non amiſit partam apud Græcos gloriam, ſed apud Barbaros novam eſt adeptus. Neque adeo quiſquam eſt abjecto animo, qui non mallet eſſe Themiſtocles ejectus, quam Leobates qui de eo retulit ejiciendo: aut qui Clodius potius rogationem de Cicerone in exſilium mittendo ferens, quam Cicero exulare juſſus: vel Ariſtophon accuſator quam Timotheus patria extruſus.

XVI. Cæterum, quando multos verba Euripidis movent, qui vehementer accuſare

Digitized by Google

τῶς τῆς φυγῆς κατηγορεῖν δοκοῦντος, ἰδωμὲν ἃ λέγει καθ' ἕκαστον ἐρωτηθεὶς ὑπὸ ἀποκρινόμενος,

Τί τὸ στέρεσθαι πατρίδος, ἢ κακὸν μέγα;
Μέγιστον· ἴργῳ δ' ἐστὶ μεῖζον ἢ λόγῳ.
Τίς ὁ τρόπος αὐτῦ; τί φυγάσι τὸ δυσχές;
Ἓν μὲ μέγιστον· οὐκ ἔχει παῤῥησίαν.
Δέλω τόδ' εἶπας, μὴ λέγειν ἃ τις φρονεῖ.
606 Τὴν τ' κρατούντων ἀμαθίαν φέρειν χρεών.

Ταῦτα σοφῶς οὐκ ὀρθῶς οὐδὲ ἀληθῶς ἀξιῦται. Πρῶτον μὲν γὰ ὁ δέλος τὸ μὴ λέγειν ἃ τις φρονεῖ, ἀλλὰ νῶν ἔχοντος ἀνδρὸς ἐν χρείᾳς καὶ σοφίσμασιν ἐκεμυθίας καὶ σιωπῆς δεομένοις· ὥσπερ αὐτὸς ἀλλαχόθι βέλτιον εἴρηκε,

Σιγᾶν δ' ὅπου δεῖ, κὴ λέγειν ἴν' ἀσφαλές.

Ἔπειτα τ' τ' κρατούντων ἀμαθίαν οὐχ ἥτλον οἴκοι μένοντας ἢ φεύγοντας ἀνάγκη φέρειν· ἀλλὰ μᾶλλον πολλάκις οἱ μένοντες τ' ἀπαλλαγέντων τὰς ἰσχύοντας ἐν πόλεσιν ἀδίκως καὶ συκοφαντεῖν ἢ βιάζεσθαι δεδίασι. Τὸ δὲ μέγισ-

A. 2. πρώτως] Sic E. et margo G. saltem melius vulgato πρῶτος.

Exsilium videtur, videamus quidnam ille singulatim dicat, interrogante et respondente introductis,

Jocasta. *Quid, patria carere num magnum est malum?*
Polynices. *Est maximum, et re majus, quam dici queat.*
Joc. *Modus exsilii quis est? quid exsulibus grave est?*
Pol. *Hoc maximum unum est, libertate quod carent.*
Joc. *Servile fane est, non dicere quod sentias.*
Pol. *Dominorum ad hæc oportet ferre insciti am.*

Hæc neque recte, neque vere concedi sibi ille postulat. Principio enim non servi hoc est, non dicere quod sentias, sed viri cordati, cum occasio et res silentium taciturnitatemve desiderant: quod ipse alio loco melius pronunciavit,

Tacere, ubi res poscit: cum tutum est, loqui.

Deinde dominorum, sive eorum penes quos potestas rerum est, insciti am non minus ii coguntur ferre, qui domi sunt, quam qui exsulant: imo illi metu calumniarum aut violentiæ magis plerumque tolerare istam coguntur. Illud

Digitized by Google

τον ἢ ἀτοπώτατον, εἰ παῤῥησίαν τοῦ φυγάδων ἀφαιρεῖ. B
Θαυμαστὸν δὲ εἰ Θεόδωρος ἀπαῤῥησίαστος ἦν, ὃς, Λυσιμάχου τοῦ βασιλέως εἰπόντος πρὸς αὐτὸν, Ἡ πατρίς σε τοιοῦτον ὄντα ἐξέβαλε; Ναὶ, εἶπε, μὴ δυναμένην φέρειν, ὥσπερ ἡ Σεμέλη τὸν Διόνυσον. Ἐπιδείξαντος δὲ αὐτῷ Τελεσφόρου τὸ γαλεάγρα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορωρυγμένου, καὶ πρὸς ἐκκομμένου τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὴν γλῶτταν ἐκτετμημένου, καὶ εἰπόντος, Οὕτως ἐγὼ θεραπεύω τοὺς κακῶς με ποιοῦντας. Τί δὲ, Διογένης οὐκ ἔσχε παῤῥησίαν; ὃς εἰς τὸ τοῦ Φιλίππου στρατόπεδον παρελθὼν ὀπτίκια μα- C
χούμενος ἐχώρει τοῖς Ἕλλησι, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναχθεὶς ὡς κατάσκοπος, Ναὶ κατάσκοπος, ἔφη, τῆς ἀπληστίας ἀφῖχθαι αὐτῆς καὶ τῆς ἀφροσύνης, ἥκοντος σὺν βραχεῖ χρῷ θησαυρεύσαι πρὸ τῆς ἡγεμονίας ἅμα καὶ τοῦ σώματος. Τί δέ; Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος, οὐκ ἐχρῆτο παῤῥησίᾳ πρὸς Ἀντίοχον, βασιλέα ὄντα, φυγὰς ὤν; ὁπτίκια χρῷ διδόντος ἐκέλευεν αὐτὸν ἐπιχειρεῖν τοῖς πολεμίοις·

B. 9. πεῦσται] Excidit responsum Theodori.

vero graviſſimum eſt et abſurdiſſimum peccatum, exſulibus libertatem adimi. Mirum enim ſi dicendi libertas Theodoro Cyrenæo fuit ademta, qui, cum ei rex Lyſimachus diceret, Te talem patria ejicit? *Omnino*, reſpondit, *neque enim me ferre poterat, ſicut et Bacchum Semele ejecit, cum ferre nequiret amplius.* Cumque ei rex Teleſphorum oſtendiſſet, qui oculis, naribus, auribuſque mutilatus in cavea continebatur, ac diceret, Sic ego tracto eos qui mihi male faciunt: * Quid? An Diogeni libertas fuit ademta? qui cum in caſtra Philippi bellum Græcis inferentis veniſſet, eſſetque ad ipſum pro exploratore adductus, faſſus eſt ſe veniſſe exploratum Philippi inexplebilem avaritiam ac dementiam, qui eo iret, ut momento horæ de imperio ſuo atque etiam vita pugnæ aleam ſubiret. An vero Annibal non uſus eſt libertate dicendi adverſus Antiochum, exſul adverſus regem? quem cum oblata occaſione juſſiſſet hoſtes aggredi,

Digitized by Google

τῷ δὲ θυσιαμβύε καὶ τὰ σπλάγχνα κωλύειν φάσκοντος, ἐπετίμησεν, εἰπών, Σύ τι κρέας λέγεις ποιεῖς, ἢ τι νῦν ἔχων ἄνθρωπος. Ἀλλ' οὐδὲ γεωμετρῶν φυγὴ παρρησίαν, οὐδὲ γραμμικῶν ἀφαιρεῖται, περὶ ὧν ἴσασι καὶ μεμαθήκασι λεγομένων· πόθεν γε δὴ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνθρώπων. Ἀλλὰ τὸ ἀγεννὲς πανταχοῦ τὴν φωνὴν ἐμφράττει, τὴν γλῶτταν ἀποστρέφει, ἄγχει, σιωπᾶν ποιεῖ. Τὰ δ' ἑξῆς τοῦ Εὐριπίδου ποῖα πολά ἐστιν;

Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς λόγος.
Καλοῖς βλίπουσί γ' ὄμμασιν, μέλλουσι δέ.

Καὶ τοῦτο τῆς ἀβελτηρίας ἔγκλημα μᾶλλον ἢ τῆς Φυγῆς ἐστιν. Οὐ γὰρ οἱ μαθόντες οὐδὲ ἐπιστάμενοι χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν, ἀλλ' οἱ ἀεὶ τοῦ μέλλοντος ἐκκρεμάμενοι, καὶ γλιχόμενοι τοῦ ἀπόντων, ὡς ἐπὶ ῥᾳδίας ἀφορέσῃ τῆς ἐλπίδος· κἂν μηδέποτε τοῦ τείχους ἐκτὸς προέλθωσι,

Φίλοι γὰρ πατρὸς καὶ ξένοι σ' ἐκ ὠφίλουν;
Εὖ πράσσει· τὰ φίλων δ' ἐδίν, ἢν τις δυσυχῇ.
Οὐδ' εὐγένειά σ' ἦρεν εἰς ὕψος μέγα;
Καιρὸν τὸ μὴ ἔχειν· τὸ γένος δ' ἐκ ἐβοσκέ μι.

isque mactata hoſtia negaret exta addicere, *Quid*, inquit, *tu carnem pluris facis, quam hominem prudentem?* Porro autem cum ſoli mutatio neque geometris neque litteratoribus libertatem adimat de rebus ſibi perceptis differendi: bonis atque honeſtis viris eam adimet? Enimvero futile ingenium ubique et vocem intercludit, et linguam pervertit, ſuffocat, ſilere cogit. Qualia vero ſunt quæ ſequuntur apud Euripidem?

Joc. *Spes anne paſcunt exſulem, ſuma ut refert?*

Pol. *Blando tuentes ore, ſed tarde nimis.*

Id crimen profecto ſtultitiæ potius intentetur, quam Exſilio. Qui enim non didicerunt, neque norunt rebus præſentibus recte uti, ii ſemper a futuris pendentes, et abſentia deſiderantes, ſpe tanquam rate feruntur atque fluctuant, etiam ſi nunquam extra muros prodeant.

Joc. *Patris juvere nil amici et hoſpites?*

Pol. *Felix vide ut ſis: nil miſeros iſti juvant.*

Joc. *Non nobilitas in altum te tua extulit?*

Pol. *Malum eſt habere nihil: me non aluit genus.*

Digitized by Google

Ταῦτα ἤδη ὁ ἀχάριστα τῶ Πολυνείκους, ἀτιμίαν μὲν εὐγενείας, ἀφιλίαν δὲ τῆς Φυγῆς κατηγορῶντος, ὃς ἀφ' ἡ εὐγένειαν ἠξιώθη μὲν φυγὰς ὢν γάμων βασιλικῶν· φίλων δὲ συμμαχίᾳ καὶ δυνάμει τοσαύτῃ περιαγμένος ἐστράτευσεν, ὡς αὐτὸς μικρὸν ὁμολογεῖ, F

Πολλοὶ Δαναῶν καὶ Μυκηναίων ἄκροι
Πάρεισι, λυπρὰν χάριν, ἀναγκαίαν δ' ἐμοὶ
Διδόντες.——

Ὅμοια δὲ καὶ τὰ τῆς μητρὸς ὀλοφυρομένης,

Ἐγὼ δέ σοι ἔτε πῦρ ἀνῆψα γόνιμον ἐν γάμοις,
Ἀνυμέναια δ' Ἰσμηνὸς ἐκηδεύθη
Λυτροφόρε χλιδᾶς.——

Ταύτῃ ἔδει χαίρειν καὶ ἀγαπᾶν πυθανομένῃ γάμους βασίλεια τηλικαῦτα τὸν υἱόν· ἡ δὲ θρηνοῦσα τ' οὐκ ἀναφθεῖσαν λαμπάδα καὶ τὸν οὐ θερμόντα λυτρὸν Ἰσμηνὸν, ὡς ὁ Ἄργει μήτε ὕδωρ τοῖς γαμοῦντων, μήτε 607
πῦρ ἐχόντων, τὰ τοῦ τύφου κακὰ καὶ τ' ἀβελτηρίας τῇ φυγῇ προστίθησιν.

ιζ'. Ἀλλ' ἐπονείδιστον ὁ φυγάς ἐστι; Παρά γε τοῖς

Hæc vero jam Polynices ingrate dicit, ignominiam nobilitati, amicorum inopiam Exſilio inſcribens, qui et ob generis ſplendorem exſul regiis eſt dignatus nuptiis, et amicorum ſociorumque tanta ſtipatus multitudine bellum ſuſcepit: quod ipſum ipſe paulo poſt ſic fatetur,

Multi Mycenæorum, multi principes
Danaorum et una nunc adſunt, mihi
gratiam
Dantes moleſtam hanc, qua mihi ſit per-
opus tamen.

Qualis vero eſt illa lamentatio matris,

Non ego tibi pro more in nuptiis
Facem ſuccendi, non lavacra mollia
Iſmenus præbuit tibi.

Enimvero gaudere debebat, ac gratiſſimum hoc habere, quod inaudiret filium in tanta regia habitare: illa vero non accenſam facem deplorans, et non ſuppeditatas ab Iſmeno aquas, quaſi vero Argis et aqua et ignis deeſſent nuptiis, faſtus et ſtoliditatis mala Exſilio appingit.

XVII. Attamen, inquies, exprobratur Exſuli Exſilium.

Digitized by Google

ἄφεσιν· οἱ καὶ τὸν πλωτὸν λοιδόρημα ποιοῦνται, καὶ τὸν φαλακρὸν, καὶ τὸν μικρὸν, καὶ, νὴ Δία, τὸ ξένον, καὶ τὸν μέτοικον. Ἀλλὰ μὴν οἱ μὴ τούτοις ὑποφερόμενοι θαυμάζουσι τοὺς ἀγαθοὺς, κἂν πένητες ὦσι, κἂν ξένοι, κἂν φυγάδες. Ἀλλ' οὐχ ὁρῶμεν ὥσπερ τὸν Παρθενῶνα καὶ τὸ Ἐλευσίνιον, οὕτω καὶ τὸ Θησεῖον ἅπασι προσκυνοῦντας; Καὶ μὴν ἔφυγε Θησεὺς ἐξ Ἀθηνῶν, δι' ὃν οἰκοῦσι νεῶ εἰς Ἀθήνας ἄνθρωποι, καὶ πόλιν ἀπέβαλεν ἣν οὐκ
B ἔσχεν, ἀλλ' αὐτὸς ἐποίησε. Τῇ δὲ Ἐλευσῖνι τί λείπεται καλόν, ἂν αἰσχυνώμεθα τὸν Εὔμολπον, ὃς οὐκ Θρᾴκης μεταστὰς ἐμύησε καὶ μυεῖ τοὺς Ἕλληνας; Κόδρος δὲ τίνος ὢν ἐβασίλευσεν; ὁ Μελάνθου φυγάδος ἐκ Μεσσήνης; Τὸ δὲ τοῦ Ἀντισθένους οὐκ ἐπαινεῖς; ὃς τὸ εἰπόντα ὅτι, Φρυγία σου ἐστὶν ἡ μήτηρ, Καὶ γὰρ ἡ τῶν θεῶν. Τί οὖν οὐ καὶ σὺ λοιδορούμενος φυγὰς, ἀποκρίνῃ, Καὶ γὰρ ὁ τοῦ Ἡρα-

A. 11. οἰκοῦσι τὸν εἰς Ἀθήνας ἄνθρωποι] Non plane ſanum videtur. An μετοικοῦσι.

A quo tandem, niſi a fatuis? qui et pauperiem, et calvitiem, et brevitatem ſtaturæ exprobrant, et pro flagitio deputant, ſi quis peregrinus ſit, aut inquilinus. Verum qui in horum ſententiam non deſcendunt, ii admirationi habent viros bonos, ſive pauperes ii ſint, ſive peregrini, ſive exſules. Nonne autem videmus ut Parthenonem et Eleuſinium, ita etiam Theſeium ab omnibus adorari? et tamen exſulavit Athenis Theſeus, cui hoc debent homines, quod Athenas inhabitant: urbeque excidit, quam non inquilinus tenuit, ſed ipſe condidit. Quid vero Eleuſini præclarum relinquetur, ſi nos Eumolpi pudet? qui e Thracia Athenas profectus initiavit ſacris, atque etiamnum initiat Græcos. Cujus denique filius Codrus Athenis regnavit? nonne Melanthi, qui Meſſena extorris fuit? An non laudas Antiſthenis dictum? qui objicienti matrem ipſius Phrygiam fuiſſe, reſpondit, *Etiam deorum matrem Phrygiam fuiſſe.* Tu quoque, ſi quis te probri cauſa exſulem appellet, reſpondebis,

Digitized by Google

κλέους τοῦ καλλινίκου πατὴρ φυγὰς ἦν· καὶ ὁ τοῦ Διονύσου πάππος, ὃς ἐξεπέμφθη τοῦ Εὐρώπην ἀνδρεῖν, οὐδὲ αὐτὸς ἐπανῆλθε,

Φοίνιξ σιφυκὼς, ἐκ δ' ὀρίζεται γένος,

εἰς τὰς Θήβας παραγενόμενος, Εὔϊον ὀρσιγυναῖκα Διόνυσον μεγαλυνόμενος ἀνθέοντα τιμῇς. Καὶ τοῦτό μὲν οὖν Αἰσχύλος ἠνίξατο καὶ ὑπεδήλωσεν εἰπών,

Ἀγνόν τ' Ἀπόλλω φυγάδ' ἀπ' ὀραινοῦ θεόν,

εὔστομά μοι κέκληθω, καθ' Ἡρόδοτον. Ὁ δ' Ἐμπεδοκλῆς ἐν ἀρχῇ τῆς φιλοσοφίας παραναφωνήσας,

Ἔστι τ' Ἀνάγκης χρῆμα, θεῶν ψήφισμα παλαιὸν,
Εὐρύ τις ἀμπλακίῃσι φόνῳ φίλα γυῖα μιήνῃ,
Δαίμονες οἵ τε μακραίωνος λελόγχασι βίοιο.
Τρὶς μιν μυρίας ὥρας ἀπὸ μακάρων ἀλάλησθαι·

B. 11. γένος,—Εὔϊον—] Valckenarius ad Eur. Phœn. p. 596. γένος in χθονὸς mutandum censet: idem in Ep. ad Rover. sub finem p. 80. proximum poetæ locum ita corrigit: Εὔϊον, ὀρσιγύναικα Διόνυσον, Μαινομέναις συνθίασα τιθήναις. Prius non adeo requirendum. Hoc animadvertendum, excidisse Plutarchi quædam verba, quibus jungantur duo illi poëtarum loci, suppleta ad sensum quidem a Xylandro in Latina interpretatione. Reiskius, παραγενόμενος· γεγαὼς δ' Εὔϊον—.

C. 4. Ἀγνόν—θεὸν] Sic Xyl. Mez et partim Ald. Bas. Venet. in ἀπ' consentiunt. Vulgo, Ἀγνόν τ' Ἀπόλλωνος φυγάδ' ὑραινοῦ θεόν. Vid. supra p. 417. E.

C. 7. Ἔστι τ' Ἀνάγκης] Ita Mez. quod proxime accedit ad veterem lectionem Ἐστί τι Ἀνάγκης quam habent Ald. Bas. Xyl. E. G. Vulgo, Ἔστι τῆς Ἀνάγκης. Ultimo versu Τὼν mutandum in ὧν cum Mez.

Etiam Herculis, cui ob victoriarum pulchritudinem Callinico nomen factum est, pater exul erat: et avus Liberi patris, missus ad quærendum Europam, domum non rediit,

Phœnixque natus, exsul mutavit genus,

Thebas veniens

—Baccha: cientem Liberum
Gaudentem furiosis coli honoribus.

Quod vero Æschylus obscure significat dicens,

Castumque Apollinem, exsulem cœlo deum,

de eo meum os, ut cum Herodoto loquar, continens esto. Empedocles porro sic orsus suam philosophiam,

Fata jubent, stant hæc decreta antiqua deorum,
Si quid peccando longævi damnare errant:
Quisque luit pœnas, cœloque exterris ab alto
Triginta horarum per terras millia errat:

Digitized by Google

D Τὴν κἀγὼ νῦν εἰμι φυγὰς θεόθεν κἀλήτης,

οὐχ ἑαυτὸν, ἀλλ' ἀφ' ἑαυτοῦ πάντας ἀποδείκνυσι μεταναστὰς ἐνταῦθα καὶ ξένους καὶ φυγάδας ἡμᾶς ὄντας· οὐ γὰρ αἷμα, φησὶν, ἡμῖν ὧδε πνεῦμα συγκραθὲν, ὦ ἄνθρωποι, ψυχῆς ὑσίαν καὶ ἀρχὴν παρέσχεν· ἀλλ' ἐκ τούτων τὸ σῶμα συμπέπλασται, γηγενὲς καὶ θνητόν. Τῆς δὲ ψυχῆς ἀλλαχόθεν ἥκουσης δεῦρο, τὴν γένεσιν ἀποδημίαν ἐπωνομάζεται, τῷ ῥᾳστοτάτῳ τῶν ὀνομάτων· τὸ δὲ ἀληθέστατον, φεύγει καὶ πλανᾶται θείοις ἐλαυνομένη δόγμασι καὶ νόμοις· εἶτα ὥσπερ ἐν νήσῳ σάλον ἐχούσῃ πολλὰ, καθάπερ φησὶν ὁ Πλάτων, ὀχρεῖ τέτρον ἐνδεδεμένη

E τῷ σώματι, ἀφ' τὸ μὴ μνημονεύειν μηδὲ ἀναφέρειν

Ἐξ οἵας τιμῆς τε καὶ ὅσου μήκους ὄλβου,

μεθέστηκεν οὐ Σάρδεων Ἀθήνας, οὐδὲ Κορίνθου Λῆμνον ἢ Σκῦρον, ἀλλ' οὐρανοῦ καὶ σελήνης γῆν ἀμειψαμένη καὶ τὸν ὑπὸ γῆς βίον, εἰὰν μικρὸν ἐνταῦθα τόπον ἐκ τόπου ὠθούμε-

E. 2. ὅσου] Sic Stob. Vulgo, ὅσα.
E. 5. εἰὰν] Sumfi a Stobæo et Damaſc. qui ceterum non recte εἰὰν μικρὸν δὲ ἐνταῦθα. Vulgo, ἵνα.

Sic et ego nunc ipſe vagor, divinitus exſul:

oſtendit non ſe modo, ſed ſuo exemplo omnes homines hic exſules et inquilinos eſſe. Hoc enim voluit intelligi, Non ſanguis vobis, O homines, non ſpiritus concretus animæ ortum naturamque præbuit: ſed ex his corpus conformatum eſt terrigenum atque mortale. Originem animæ aliunde huc advenientis leniſſimo vocabulo peregrinationis indicat: quæ, ſi veriſſime loqui velis, exſulat et vagatur divinis ejecta decretis atque legibus. Deinde tanquam in inſula quæ multis agitatur fluctibus, oſtrei in morem, ut Plato ait, illigata corpori, quia non meminit, neque reminiſcitur *ex quanto honore, et quanta beatitate demigraverit*, non Sardibus Athenas, non Corintho in Lemnum aut Scyrum, ſed de cœlo et Luna in terram et terreſtrem vitam delata, ut ibi

Digitized by Google

λάξη, δυσαναχετεῖ καὶ ξενοπαθεῖ, καθάπερ φυτὸν ἀγενὲς ὑπομαραινομένη. Καίτοι φυτῷ μὲν ὅτι τις χώρα μᾶλλον ἑτέρας ἑτέρα προσφορωτέρα, ἐν ᾗ τρέφεται καὶ βλαστάνει βέλτιον· ἀνθρώπῳ δὲ οὐδεὶς ἀφαιρεῖται τόπος εὐδαιμονίαν, ὥσπερ οὐδὲ ἀρετὴν οὐδὲ φρόνησιν. Ἀλλ' F Ἀναξαγόρας μὲν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ τὸν τοῦ κύκλου τετραγωνισμὸν ἔγραφε· Σωκράτης δὲ φάρμακον πίνων ἐφιλοσόφει, καὶ παρεκάλει φιλοσοφεῖν τοὺς συνήθεις, εὐδαιμονιζόμενος ὑπ' αὐτοῦ· τὸν δὲ Φαέθοντα καὶ τὸν Τάνταλον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβάντας, οἱ ποιηταὶ λέγουσι ταῖς μείζοσι συμφοραῖς περιπεσεῖν διὰ τὴν ἀφροσύνην.

exiguum ſubinde locum alio loco mutet, ægre fert inſolentem ſui mutationem, ac tanquam degener planta emarceſcit. Quanquam plantæ quidem unus locus alio eſt creſcendo germinandoque aptior: homini felicitatem nullus locus adimit: ut neque virtutem, neque prudentiam. Itaque et Anaxagoras in carcere quadraturam circuli deſcripſit: et Socrates venenum bibens philoſophabatur, adque philoſophandum familiares exhortabatur, beatuſque ab iis prædicabatur. Phaëthontem autem atque Tantalum, cum ii in cœlum aſcendiſſent, poëtæ in maximas tradunt ob ſtultitiam deveniſſe calamitates.

Digitized by Google

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΑΡΑΜΥΘΗΤΙΚΟΣ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΙΔΙΑΝ ΓΥΝΑΙΚΑ.

Digitized by Google

Digitized by Google

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΑΡΑΜΥΘΗΤΙΚΟΣ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΙΔΙΑΝ ΓΥΝΑΙΚΑ.

PLUTARCHI

CONSOLATIO AD UXOREM SUAM.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΤΗ ΓΥΝΑΙΚΙ ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

PLUTARCHUS

UXORI S.

Β α'. ΟΝ ἔπεμψας ἀπαγγελοῦντα περὶ τῆς παιδὸς τελευτῆς, ἔοικε διημαρτηκέναι καθ' ὁδὸν εἰς Ἀθήνας πορευόμενος· ἐγὼ δὲ εἰς Τάναγραν ἐλθὼν ἐπυθόμην περὶ τῆς ἐγγατρωδῆς. Τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν ταφὴν

Β. 4. περὶ τῆς ἐγγατρωδῆς] Non sincerum: nec in præpositione, nec in nomine. Vindob. περφέ: recte. Alteri quid faciam nescio: an μητραδελφῆς vel simile. Amiotus plane omisit.

I. QUEM misisti mihi de obitu filiolæ nuntiaturum, eum apparet a via aberrasse cum Athenas iret. Ego autem Tanagram veniens, de nepte inaudivi. Et quæ ad sepulturam quidem pertinent, existimo jam esse per-

Digitized by Google

et fabuloſas detorquerentur, dictum fuit, Quid hæc ad Bacchum? ita mihi ſæpe incidit dicere ad eos qui in convivia argutias ſophiſtarum traherent, Mi homo, quid hæc ad Bacchum? Cantat enim fortaſſe aliquis Scholion quod vocatur carmen, quaſi obliquum ſi diceres, cratere in medium propoſito, et corollis diſtributis, quas deus libertatem donans nobis imponit, non honeſtum autem, neque convivio aptum. Quandoquidem ſcholia etiam dicunt non eſſe genus cantilenæ obſcure conditæ, ſed quia primum ſolerent cantare pæanem deo una omnes voce, laudes ipſius celebrando: deinde unuſquiſque propriam cantilenam, accepta myrto, quam ex eo aſaron appellabant, quod cantaret is cui tradita ea eſſet. Et quia deinde lyra circumlata, eruditus illud carmen concinne modulabatur, recuſabant rudes muſicæ, ſcholion fuit nominatum, quod neque facile eſſet, neque om-

Digitized by Google

ἀνομάσθη τὸ μὴ κοινὸν ἀεὶ μηδὲ ῥᾴδιον. Ἄλλοι δέ φασι τὴν μυρσίνην οὐ καθεξῆς βαδίζειν, ἀλλὰ καθ' ἕκαστον ὅτι κλίνων διαφέρεσθαι· τὸ γὰρ πρῶτον ἅπασι- c
ζα τῷ πρώτῳ τῆς δευτέρας κλίνης ἀποστέλλειν, ἑκάτερον δὲ τῷ πρώτῳ τῆς τρίτης, εἶτα τὸν δεύτερον ὁμοίως τῷ δευτέρῳ· καὶ τὸ ποικίλον ἡ πολυκαμπές, ὡς ἔοικε, τῆς ᾠδῆς, σκολιὸν ὠνομάσθη.

nibus commune carmen. Alii myrtum non ordine traditam fuiſſe aiunt, ſed a lectulo in lectulum tranſmiſſam: ita ut qui primus ceciniſſet, primo in ſecunda menſa eam mitteret, is primo tertiæ, eodemque modo ſecundi ſecundis: itaque ob varietatem et flexuum multitudinem in circuitione ſcholion fuiſſe dictum.

Digitized by Google

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Β'.

Πότερον αὐτὸν δεῖ καλεῖν τοὺς ἑστιωμένους ἢ ὑποδεχόμενον, ἢ ἐπ' αὐτοῖς ἐκείνοις ποιεῖσθαι.

QUÆSTIO II.

An convivas is qui convivio excipit, ipse debeat collocare, an vero collocationem convivarum arbitrio permittere.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΤΙΜΩΝ. ΞΕΝΟΣ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. Ὁ ΠΑΤΗΡ ΑΥΤΟΥ. ΛΑΜΠΡΙΑΣ. ΑΛΛΟΙ.

PERSONÆ COLLOQUII.

TIMON. HOSPES. PLUTARCHUS. PATER EJUS. LAMPRIAS. ALII.

D α'. ΤΙΜΩΝ ὁ ἀδελφὸς ἑστιῶν πλείονας, ἔκαστον ἐκέλευε τοῦ εἰσιόντων ὅπου βούλεται παρεμβάλλειν καὶ κατακλίνεσθαι, διὰ τὸ ἐν ξένους, καὶ πολίτας, καὶ συνήθεις, καὶ οἰκείους, ἐν ὅλοις παντοδαποὺς τοὺς κεκλημένους εἶναι. Πολλῶν οὖν ἤδη παρόντων, ξένος τις ὥσπερ εἰσπάρυφος ἐκ κωμῳδίας, ἐσθῆτί τε σεσιτῇ καὶ ἀκολουθίᾳ

I. TIMON frater meus cum excepisset convivio complures, unumquemque eo quo liberet loco jussit accumbere, ideo quod et hospites, et cives, et familiares, et domestici, denique variorum generum homines erant quos invitaverat. Cum jam adessent multi, quidam veluti e comœdia belle prætextatus, vestitu nimio et comitatu puerorum aliquan-

Digitized by Google

παίδων ὑποσολοικίστερος, ἦκεν ἄχρι τῶν θυρῶν ὃ ἀνδρῶνος, καὶ κύκλῳ ταῖς ὄψεσιν ἐπελθὼν τὰς καθακειμένους, οὐκ ἠθέλησεν εἰσελθεῖν, ἀλλ' ὥχετο ἀπιών· καὶ πολλῶν μεταθεόντων, οὐκ ἔφη τὸν ἄξιον ἑαυτοῦ τόπον ὁρᾶν λειπόμενον. Ἐκεῖνον μὴν οὖν πολλῷ γέλωτι χαίρειν, εὐ- E φημεῖσθαι, ἐκπέμπειν δόμων ἐκέλευον οἱ καθακείμενοι· καὶ γὰρ ἦσαν πολλοὶ μετρίως ὑποπεπωκότες.

β'. Ἐπεὶ δὲ τὰ περὶ τὸ δεῖπνον τέλος εἶχεν, ὁ πατὴρ ἐμὲ πορρώτερον καθακείμενον προσφθάς, Τίμων, ἔφη, καὶγὼ κριτὴν σε τοῦ ποιήματος ἀφορεσόμενοι· πάλαι γὰρ ἀκούει κακῶς ὑπ' ἐμοῦ ἀφ' οὗ τὸν ξένον· εἰ δὲ διετάττετο ἀπ' ἀρχῆς, ὥσπερ ἐκέλευον ἐγὼ, τὰς κλίσεις, οὐκ ἂν εὐθύνας ὑπείχομεν ἀταξίας ἀνδρὶ δεινῷ

Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας.

Καὶ γὰρ δὴ Παῦλον Αἰμίλιον στρατηγὸν λέγουσιν, ὅτε F Περσέα καταπολεμήσας ἐν Μακεδονίᾳ, πότους συνεκρότει, κόσμῳ τε θαυμαστῷ περὶ πάντα καὶ τῇ λοιπῇ

tum insolentior, usque ad fores pervenit cœnaculi: cumque oculis pervagatus esset personas accumbentium, ingredi noluit, sed proripuit sese, multisque qui retraherent hominem accurrentibus, negavit locum sibi ipso dignum esse relictum. Hunc ergo qui accumbebant effuse ridentes, jussere cum gaudio et faustis ominibus domo emitti: multi enim jam mediocriter adbiberant.

II. Finita cœna, pater me, qui longius ab illo discumbebam, alloquens, Timon, inquit, et ego te judicem nostræ controversiæ statuimus: jamdudum enim abs me objurgatur hospitis istius gratia. Nam si ab initio, uti jusseram, locum cuique suum adsignasset, non impegissent nobis ordinis confusi crimen homo ille, gnarus

Ordine quemque suo pedites turmæque equites
Tenuere locare.

Sane Paulum quoque Æmilium imperatorem aiunt, cum debellato Perseo in Macedonia convivia agitaret, usum admirabili ordine atque apparatu

Digitized by Google

τάξει χρώμενον, εἰπεῖν· Ὅτι τῷ αὐτῷ ἀνδρὸς ἐστι καὶ φάλαγγα συστῆσαι φοβερωτάτην, καὶ συμπόσιον ἥδιστον· ἀμφότερα γὰρ εὐταξίας δεῖται. Καὶ τοὺς ἀρίστους καὶ τοὺς βασιλικωτάτους ὁ ποιητὴς εἴωθε κοσμήτορας λαῶν προσαγορεύειν. Καὶ τὸ μέγαν θεὸν ὑμεῖς που φατὲ τὴν ἀκοσμίαν
616 εὐταξίᾳ μεταβαλεῖν εἰς κόσμον, οὔτε ἀφελόντα τοῦ ὄντων οὐδέν, οὔτε προσθέντα, τῷ δὲ ἔχαστον ὅπου τοῦ προσήκουσαν χώραν καταστῆσαι, τὸ κάλλιστον ἐξ ἀμορφοτάτου σχῆμα περὶ τὴν φύσιν ἀπεργασάμενον. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ σεμνότερα καὶ μείζονα παρ' ὑμῶν μανθάνομεν· αὐτοὶ δὲ καὶ τὰ περὶ τὰ δεῖπνα δαπάνην ὁρῶμεν οὐδὲν ἔχουσαν ὀπτερπὲς οὐδὲ ἐλεύθεριον, εἰ μὴ τάξεως μετάσχοι. Διὸ καὶ γελοῖόν ἐστι, τοῖς μὲν ὀψοποιοῖς καὶ τραπεζοκόμοις σφόδρα μέλειν τι πρῶτον, ἢ τι δεύτερον, ἢ μέσον, ἢ τελευταῖον ἐπάξουσι· καὶ νὴ Δία, μύρου τινὰ καὶ στεφάνων, καὶ ψαλτρίας, ἂν τύχῃ παροῦσα, χώραν καὶ
B τάξιν δεῖ· τοὺς δ' ὅπου ταῦτα καλυμβήτας, εἰκῇ καὶ ὡς

omnium rerum dixiſſe, Ejuſdem viri eſſe et armatam aciem quam maxime terribilem, et convivium quam jucundiſſimum inſtruere: in utroque enim artem ordinis recte inſtituendi requiri. Et Homerus præſtantiſſimos viros regnandique gnariſſimos ſolet Koſmetoras, (id eſt ordinatores populorum,) appellare. Vos quoque magnum illum deum alicubi pronunciatis ordine confuſionem dum tolleret, Mundum conſtituiſſe, nulla re vel addita vel detracta, ſed eo naturæ de fœdiſſima pulcherrimam formam reddidiſſe, quod ſuis quæque in locis conſtitueret. Verum hæc nos graviora atque majora a vobis diſcimus. Ipſi autem cernimus ſumtum qui in convivia fit, ordo ſi abſit, nihil jucundum habere, nihil liberale. Proinde ridiculum eſt coquis et menſæ miniſtris curæ eſſe quid primo, quid ſecundo, medio ultimove loco apportent: atque adeo etiam unguentis, ſertis, fidicinæ, ſi adhibeatur, ſuum eſſe ordinem atque locum: iſtos, qui ad hæc vocantur temere et fortuito ju-

Digitized by Google

ἔτυχε καθεκλίναντα χορτάζειν μήτε ἡλικίᾳ, μήτε ἀρχῇ, μήτε ἄλλῳ τινὶ τῶν ὁμοίων τιμὴν ἀποδιδόντα τάξιν, οἷ ἢ τιμᾶται μὴν ὁ πρεσβύτερος, ἐθίζεται δὲ ὁ δευτερεύων, γυμνάζεται δὲ ὁ τάττων πρὸς ἀφέλκρισιν καὶ σχασμὸν τοῦ πρέποντος. Οὐ γὰρ ἔδρα μὴν ὅδε καὶ ῥάσις τοῦ κρείττονος, κατάκλισις δὲ οὐκ ἔστιν οὐδὲ πρόσταξις ἑτέρῳ πρὸ ἑτέρου μᾶλλον ὁ ἐσθίων, περὶ δὲ τὰς κατακλίσεις παρέχεται τὰς ἀφορμάς, εὐθὺς οἷ ἀρχὴν τοῦ λεγομένου Μίαν Μύκονον ἀποφήνας τὸ συμπόσιον. Ἡ μὲν οὖν τοῦ πατρὸς δικαιολογία τοιαύτη τις ἦν.

γ'. Ὁ δὲ ἀδελφὸς εἶπεν, Ὅτι τοῦ Βίαντος οὐκ ἦν σοφώτερος, ὅστε ἐκείνου δυεῖν φίλων ἀπειπαμένου διαιτᾶν, αὐτὸς ὁμοῦ τοσούτων μὲν οἰκείων, τοσούτων δὲ ἑτέρων γένεσι κριτὴς, ὑπὲρ χρημάτων ἀλλὰ περὶ πρωτείων ἀποφαινόμενος, ὥσπερ οὐ φιλοφρονήσασθαι πρόθυμος ἦκεν, ἀλλ' ἀνιάσαι τοὺς ἀπιτυδείους. Ἀτοπον μὲν οὖν,

beri diſcumbere, neque ætatis, magiſtratus, aliarumve id genus rerum ullam haberi rationem; cum quidem conveniente inſtituto ordine, et honore afficiatur præſtantior, et qui eo minor eſt, adſueſcat locum cedere digniori, præterea is qui collocat exerceatur in judicio et conjectura de decoro facienda. Neque enim ſuus in confeſſu, ſuus in adſtando locus eſt potiori, nullus eſt in diſcumbendo: neque præbitor, qui alii prius quam aliis præbibit, in locis menſarum diſtribuendis diſcrimina perſonarum negliget, et principio ſtatim totum convivium faciet *unam*, quod aiunt, *Myconum*. Hoc fere modo pater ſuam cauſſam egit.

III. Frater autem, Non ego ſum, aiebat, Biante ſapientior: ut cum ille arbiter inter duos amicos eſſe recuſaverit, ego una de tot neceſſariis, tot aliis, judicium faciam, laturus non de pecuniaria re, ſed de dignitate atque præſtantia ſententiam: quaſi vero non ad tractandum comiter amicos, ſed ad ægre iis faciendum invitaſſem. Sane ineptus fuit

Digitized by Google

ἔφη, καὶ παροιμιώδης Μενέλαος, εἴγε σύμβουλος ἐγένετο μὴ προσκεκλημένος· ἀτοπώτερος δὲ ὁ ποιῶν ἑαυτὸν ἀνθ' ἑτέρου διαιτητὴν καὶ κριτὴν τοῦ οὐκ ὀπτεσπόνδων, οὐδὲ κρινομένων, τίς ὅστις βελτίων τίνος, ἢ χείρων· οὐ γὰρ εἰς ἀγῶνα καθήκουσιν, ἀλλ' ὅπου δεῖπνον ἥκουσιν. Ἀλλ' ὑδὲ εὐχερὴς ἡ διάκρισίς ἐστι τοῦ μὲ ἡλικίᾳ, τοῦ δὲ οἰκειότητι διαφερόντων. Ἀλλὰ δεῖ, καθάπερ ὑποθέσιν μελετῶντα συγκρίσεως, τοὺς Ἀριστοτέλους τόπους ἢ τοὺς Θρασυμάχου ὑπερβάλλοντας, ἔχειν προχείρους, οὐδὲν τοῦ χρησίμων διαφερόντως, ἀλλὰ τὴν κενὴν δόξαν ἐκ τῆς ἀγορᾶς καὶ τοῦ θεάτρου εἰς τὰ συμπόσια μεταγόντα, καὶ τὰ μὴ ἄλλα πάθη περιόντος ἀνιέναι συνουσίᾳ, τὸ δὲ τύφον ὑποσκάζοντα, ὃν πολὺ μᾶλλον εἶμαι προσήκει τῆς ψυχῆς ἢ τῶν πλοίων ὑποπλαμβάνους τοῦ ποδῶν, ἐλαφρῶς καὶ ἀφελῶς προσέ πότον ἀλλήλοις συμ-

D. 3. ἡλικίᾳ, τῶν δ' οἰκειότητι] Plenius Palat. ἡλικίᾳ, τῶν δὲ δυνάμει, τῶν δὲ χρείᾳ, τῶν δ' οἰκειότητι.

D. 9. ἀνιέναι—πολὺ μᾶλλον] Sic Steph. quocum consentiunt Schott. Anon. Exempl. Turneb. Amiot. et partim MSS. Antea legebatur, ἅμα μὲν συνουσίᾳ, τὸν δὲ τύχῃ ὑποσκαζόντα ᾧ πολὺ μᾶλλον.

Menelaus, et proverbio locum dedit, qui ad consilium dandum accessisset non vocatus. Absurdior fuerit, qui se pro convivatore judicem constituat, ac disceptare velit nemine ei judicium deferente, aut caussam dicente, quis quo sit melior aut deterior: cum quidem ii non ad certamen, sed ad cœnam venerint. Tum dijudicatio ipsa non est facilis, aliis ætate, aliis familiaritate præstantibus: oportebatque, tanquam declamationem qui meditaretur in comparandis inter se aliquibus versaturam, in promtu habere locos Aristotelis, aut Thrasymachi hyperballontas, (quibus de excellentia continentur argumenta), et tamen sic nihil utile conficias, inanem duntaxat gloriam a foro et theatro in convivia traduxeris, cumque alias animi perturbationes conemur consuetudine convivali solvere, fastum instruimus, quem multo magis oportet ex animo eluere, quam cœnum a pedibus detergere, ut in convivio possimus facile et comiter cum

Digitized by Google

φέρεσθαι. Νῦν δέ, τί μὲ ἐξ ὀργῆς τινος ἢ πραγμάτων ἔχθραν πειρώμεθα τοῦ κεκλημένων ἀφαιρεῖν, τῇ δὲ φιλοτιμίᾳ πάλιν ἐπανακάομεν καὶ ἀναζωπυροῦμεν, τοὺς μὲν ταπεινοῦντες, τοὺς δὲ ὀγκοῦντες. Καίτοι γε, εἰ μὴ ἀκολουθήσουσι τῇ κατακλίσει πρόποσίς τε συνεχὴς καὶ προθέσις, ἔτι δὲ ὁμιλία καὶ προσαγορεύσις, παντάπασι γένοιτ' ἂν σατραπικὸν ἡμῖν ἀντὶ φιλικοῦ τὸ συμπόσιον. Εἰ δὲ περὶ τἄλλα τὴν ἰσότητα τοῖς ἀνδράσι φυλάξομεν, τί F
οὐκ εὐθὺς ἀρξάμενοι πρῶτον ἐπιζομεν ἀτύφως καὶ ἀφελῶς κατακλίνεσθαι μετ' ἀλλήλων, εὐθὺς ἀπὸ τοῦ θυρῶν ὁρᾶσθαι, ὅτι δημοκρατικῶς ὑπὲρ τὸ δεῖπνον, καὶ οὐκ ἀριστοκρατικῶς ἐξ αἱρετῶν, ὥσπερ ὑπὲρ τὴν πόλιν, κέκλιντα; ἐφ' οὗ καταχλιθεὶς ὁ πλήσιος συγκατεκλίθη τοῖς εὐτελεστάτοις.

F. 4. ὁρῶντας] Sic Ald. Baſ. Xyl. Flor. Palat. Vatic. Mex. Vulgo, ὁρῶντες.

F. 4. ὅτι δημοκρατικῶς—εὐτελεστάτοις] Sic Steph. ut videtur, ſecutus Turnebum et Amiotum. Nam omnes noſtri libri ſcripti conſentiunt cum editis prioribus, id eſt, Aldina, Baſ. Xyl. ita: ὅτι Δημόκριτος ὑπὲ τὸ δεῖπνον καὶ οὐκ ἐξαίρετον ὡς ἐπὶ πόλιν, ἐφ' οὗ καταχλιθεὶς ὁ πλήσιος ἐν τῇ κατακλίσει τοῖς εὐτελεστάτοις. Forte diligentius ordinare oportet locum turbatum, hunc fere in modum, ὅτι δημοκρατικῶς ὑπὲ τὸ δεῖπνον, καὶ οὐκ ἀριστοκρατικῶς ἐξ αἱρετῶν ὡς ἐπὶ τὴν πόλιν κέκληνται, ἐφ' ᾧ συγκατακλιθεὶς ὁ πλήσιος οὐκ ἐγκαλέσει τοῖς εὐτελεστάτοις. Ita quidem Latina ſupplevi.

aliis verſari. Nunc, cum iras et inimicitias vocatorum tentemus convivio abolere, rurſum eas ambitione injecta exſuſcitamus atque incendimus, dum alios deprimimus, alios extollimus. Jam ſiquidem accubitui comitabuntur frequentiores propinationes, miſſus, colloquia, compellationes, omnino pro amico et familiari ſatrapicum habebimus convivium. Sin erit ut æqualitatem inter convivas velimus aliis in rebus ſervare, cur non hoc ſumto exordio adſuefacimus eos ſimpliciter et abſque faſtu inter ſe diſcumbere? cum ſtatim ab ipſa janua poſſint cernere, ſe electos vocari ad convivium veluti ad rempublicam, non optimatum illam, ſed popularem, ea conditione ut contentus ſit dives accumbens cum tenuiſſimis.

Digitized by Google

δ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ταῦτα ἐρρήθη, καὶ τὴν κρίσιν ἀπήτουν οἱ παρόντες, ἔφην ἐγὼ, Διαιτητὴς ἠρημένος, οὐ κριτὴς, βαδιεῖσθαι μέσου. Νέους μὲν γὰρ, εἶπον, ἑστιῶντας, 617 καὶ πολίτας, καὶ συνήθεις ἐθίζεον, ὡς φησι Τίμων, ἀφελῶς καὶ ἀτύφως καλαινέμειν αὑτοὺς εἰς ἣν ἂν τύχωσι χώραν, καλὸν εἰς φιλίαν ἐφόδιον τὴν εὐκολίαν λαμβάνοντας. Ἐν δὲ ξένοις, ἢ ἄρχουσιν, ἢ πρεσβυτέροις φιλοσοφοῦντες δέδια μὴ δοκῶμεν τῇ αὐλείῳ τὸν τύφον ἀποκλείοντες, εἰσάγειν τῇ θυρωρῷ μετὰ πολλῆς διαφορίας· ἐν ᾧ καὶ συνηθείᾳ τι καὶ νόμῳ δοτέον. Ἢ καὶ προπόσεις καὶ προσαγορεύσεις ἀνέλωμεν, αἷς πρὸς τοὺς ὑπατυγχάνοντας οὐδ' ἀκρίτως, ἀλλ' ὡς ἐνδέχεται μάλιστα χρώμενοι, τιμῶμεν

Ἔδρη τι κρέασίν τε, ἰδὲ πλείοις διπάεσσιν,

ὡς φησιν ὁ τῶν Ἑλλήνων βασιλεὺς, τὴν τάξιν οὐ προ-

A. 5. φιλοσοφοῦντες] Forte, ἱστορεῖντες.
A. 8. αἷς πρὸς τοὺς—χρώμενοι] Forte, αἷς δὲ πρὸς ἐπιτυγχάνοντας οὐδ' ἀκρίτως, ἀλλ' ὡς ἐνδέχεται ἐμμελέστατα χρώμενοι.

IV. Cum hæc quoque essent dicta, et sententiam postularer, Ego, inquam, non ut judex adscitus pronunciabo, sed tanquam honorarius arbiter medium feram. Nam si quis adolescentes, cives, aut familiares convivio excipiat, condocefaciendi sunt, ut aiebat Timon, absque delectu et fastu quemvis locum accumbendi boni consulere, et viaticum ad amicitiam præclarum usurpare facilitatem. Sed de hospitibus, magistratum gerentibus, aut natu grandioribus hoc modo philosophari si intendamus, verendum puto ne videamur fastum ostio atriensi excludentes per posticum admittere, dum nimiam indifferentiam atque æqualitatem introducimus. Hic enim et consuetudini aliquid dandum est, et legibus concedendum. Nisi propinationes etiam volumus et compellationes abolere, quibus adversum eos quibus cum nobis res est, non promiscue utimur, sed quantum omnino fieri potest honoramus

Assisia, carnis missa, plenisque culullis:

ut ille Lyciorum rex inquit, ordini honoris primas partes

τῃ τιμῇ πλέμβυος. Ἐπαινῶμεν δὲ καὶ τὸν Ἀλκίνοον, ὅτι τὸν ξένον ἱδρύει παρ' αὐτόν,

Υἱὸν ἀναστήσας ἀγαπήνορα Λαομέδοντα,
Ὃς οἱ πλησίον ἧστο· μάλιστα δέ μιν φιλέεσκεν.

τὸ γὰρ εἰς τιμὴν τοῦ φιλουμένου χώραν καθίσαι τὸν ἑκάστην, ὑποδέξιον ἐμμελῶς καὶ φιλάνθρωπον. Ἔτι δὲ καὶ θεῶν τοῖς θεοῖς διάκρισις τοῦ τοιούτων. Ὁ μὲν γὰρ Ποσειδῶν, καίπερ ὕστατος εἰς τὴν ἐκκλησίαν παραγενόμενος,

Ἷζεν ἄρ' ἐν μέσσοισιν,———

ὡς ταύτης αὐτῷ τῆς χώρας προσηκούσης. Ἡ δὲ Ἀθηνᾶ φαίνεται τὸν πλησίον ἀεὶ τοῦ Διὸς τόπον ἐξαίρετον ἔχουσα· καὶ τοῦτο παρεμφαίνει μὴν ὁ ποιητὴς δι' ὧν ὑπὲρ τῆς Θέτιδος φησιν,

Ἡ δ' ἄρα παρ' Διὶ πατρὶ καθίζετο, εἶξε δ' Ἀθήνη.

Διαῤῥήδην δὲ ὁ Πίνδαρος λέγει,

Πῦρ πνέοντος ἅτε κεραυνοῦ ἄγχιστα ἡμένη.

Καίτοι φησὶ Τίμων, οὐ δεῖν ἀφαιρεῖσθαι τοῦ ἄλλου

C. 6. φησὶ Τίμων] Corrigo, φάσει Τίμων.

tribuens. Alcinoum quoque laudamus, qui hoſpitem juxta ſe collocaret,

Gnatum juſſiſſet cum ſurgere Laodamanta,
Carus præ reliquis ipſum qui pone ſedebat.

admodum enim humanum fuit et ſcitum factum, quod ſupplicem in locum dilecti recepit. Sed et apud deos eſt judicium et diſcrimen hujus rei. Neptunus enim quanquam ultimus veniſſet in concionem, nihilominus

In medio conſedit:——

nimirum hoc loco ei conveniente. Minerva autem videtur eximium hunc locum habuiſſe, ut ſemper Jovi proxime adſideret: idque poëta notat de Thetide dicens,

Aſſedit patri, locum cedente Minerva.

et Pindarus diſerte dixit,

Spiranti flammas quæ prope fulmini aſſidet.

Dicit quidem Timon, non debere multis auferri quod

Digitized by Google

ἐπὶ προσνέμοντα τῷ τιμίῳ. Ὅσῳ αὐτὸς ἔοικε ποιεῖν μᾶλλον ἀφαιρεῖται γὰρ ὁ κοινὸν ποιῶν τὸ ἴδιον· ἴδιον δὲ τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστου· καὶ ποιεῖ δρόμῳ καὶ σπουδῇ τὸ πρωτεῖον, ἀρετῇ καὶ συγγενείᾳ καὶ ἀρχῇ καὶ τοῖς τοιούτοις ὀφειλόμενον. Καὶ τὸ λυπηρὸν ἐν τοῖς κεκλημένοις φεύγει δοκῶν, μᾶλλον ἐφέλκεται καθ' αὑτό· λυπεῖ γὰρ ἀποστερῶν τὰ συνήθους τιμῆς ἕκαστον. Ἐμοὶ δὲ καὶ λίαν χαλεπὸν ἐν
D δοκεῖ τὸ περὶ τὴν διάκρισιν. Πρῶτον μὲν γὰρ ἐφάμιλλοι τοῖς ἀξιώμασι πολλοὶ πρὸς μίαν κλῆσιν καὶ ῥᾳδίως ἀπαντῶσιν. Ἔπειτα πλειόνων τόπων ἐν δόξῃ γενομένων, ἀφθονία τὰ διανομῆς ἐστιν, ἂν τις εὐτυχεῖν δύνηται, τὰ μὲν ὅπου πρῶτος, τὰ δὲ ὅπου μέσος, τὰ δ' ὅπου παρ' αὐτὸν, ἢ μετὰ φίλου τινὸς, ἢ συνήθους, ἢ καθηγητοῦ, διδοὺς ἑκάστῳ τὰ ἀξιωματικῶν λεγομένων· τοῖς δὲ ἄλλοις δωρεᾶς καὶ φιλοφρονήσεις ἔλιπον

C. 7. ἐπὶ προσνέμοντα—μᾶλλον] Hæc ex Palat. ſuppleví. Vulgo, ἐπὶ φυσῶν μᾶλλον.

D. 7. τοῖς δὲ ἄλλοις—τιμῆς] δὲ ſumſi ex E. H. Venet. Vat. Palat. Ald. Baſ. Xyl. Ceterum, corrigo: τοῖς δὲ ἄλλοις εἰκαίους φιλοφρονήσεις, ἄλυτον ἀνεπαυλὰν μᾶλλον, ἢ ἀφαίρεσιν, τιμῆς. Mox διαδιάκρισιν Steph. dedit: quocum conſentit Anon. nec diſſentiunt Flor. Venet. in ceteris non niſi, τον, ultima pars vocis, exſtat.

uni tribuas. Atqui is magis adimit quod proprium unius ſit qui multis facit commune. Proprium autem unicuique eſt, quod quiſque meretur: ac feſtinationi curſuique tribuit primas partes, debitas potius virtuti, adfinitati, magiſtratui, et ſimilibus. Et quod fugere vult ne convivis moleſtiam exhibeat, in id ipſum incidit: nam ægre facit alicui, qui eum uſitato honore privat. Cæterum dijudicatio mihi quidem non admodum videtur difficilis. Primum, quia non facile multi una invitantur dignitate æquales. Deinde cum multa ſint loca honorata, ſatis copiæ eſt honores diſtribuendi, modo quis conjicere poſſit quis primus ſit, quis medius, tum alios juxta amicum, aut familiarem, aut magiſtrum collocabit, adjungens ſingulos iis quibus in diſcumbendo bonos fuit habitus: reliquis ego munuſcula et amicam tracta-

Digitized by Google

ἀνάπαυλαν μᾶλλον τῆς τιμῆς. Ἂν δὲ δυσδιάκριτοι μὲ ἀφ' ἀξίας, δύσκολοι δὲ οἱ ἄνδρες ὦσιν, ὅρα τίνα μηχανὴν ἐπάγω. Καταχλίνω γὰρ εἰς τὸν ἔνδοξον μάλιστα τόπον, ἂν μὲν ἢ πατὴρ, τοῦτον ἀφαιμωδούμενος· εἰ δὲ μή, πάππον, ἢ E πενθερὸν, ἢ πατρὸς ἀδελφὸν, ἤ τινα τῶν ὁμολογουμένην ἢ ἰδίαν ἐχόντων τοῖς τῷ δεχομένῳ τιμῆς ὑποχρεώ· ὃν τῶν Ὁμήρου τὸ θεώρημα τοῦτο λαμβάνων καθηκόντων. Καὶ γὰρ ἐκεῖ δήπουθεν ὁ Ἀχιλλεὺς τὸν Μενέλεων ἢ τὸν Ἀντίλοχον περὶ τῶν δευτερείων τῆς ἱπποδρομίας ὁρῶν διαφερομένους, ἢ δεδοικὼς μὴ προῤῥωτέρω προέλθωσιν ὀργῆς ἢ φιλονεικίας, ἑτέρῳ βέλει τὸ ἔπαθλον ἀποδίδωσι, λόγῳ μὲν Εὐμήλου οἰκτείρων ἢ τιμῶν, ἔργῳ δὲ τῆς ἐκείνων διαφορᾶς τὴν αἰτίαν ἀφαιρῶν.

ε'. Ἐμοῦ δὲ τοιαῦτα λέγοντος, ὁ Λαμπρίας ἐκ παρακύψου καθήμενος, καθάπερ εἰώθη, μέγα φθεγξάμενος, ἠρώτα τοὺς παρόντας, εἰ δίδασιν αὐτῷ νυθετῆσαι λεπτὰ F

E. 2. ὁμολογουμένην—παρὰ τῶν δεχομένων] Prius effeci ex ὁμολογουμένων, quod Palat. præbuit. Posterius ipse consequenter correxi. Vulgo, ὁμοεθνῶν ἢ ἰδίαν ἐχόντων παραδεχομένῳ—.

tionem potius, quam honorem adhibeo. Quod si honoribus pares sint convivæ, interim morosi: vide quam ego machinam admoveam. Honestissimum locum tribuo patri, si adsit, aut avo, socero, patruo, aut alicui cognatorum, ei denique cui apud convivatorem peculiaris sit quædam honoris prærogativa. Idque adeo commentum unum est de iis, quæ ex Homeri pulchre præceptis desumuntur. Ibi enim Achilles cum videret Menelaum et Antilochum de equestris victoriæ præmio contendere, metueretque ne ira et rixa longius procederet, alii illud præmium tribuit, verbis hoc præscribens, miseratione se ductum Eumelo hunc honorem deferre, facto autem causam contentionis illorum tollens.

V. Hæc me locuto, Lamprias, qui more suo in lectulo inferiore sedebat, alta voce ex iis qui aderant quæsivit, Paterenturne a se corrigi deliran-

Digitized by Google

δικαστήν. Κελεύοντων δὲ πάντων χρῆσθαι παῤῥησίᾳ, καὶ
μὴ φείδεσθαι, Τίς δ' ἂν, ἔφη, φείσαιτο φιλοσόφου γένε-
618 σιν, ἢ πλούτου ἢ ἀρχαῖς, ὥσπερ θέαν, ἐν συμποσίῳ κα-
τανέμοντος, ἢ προεδρίας ψηφισμάτων Ἀμφικτυονικῶν
διδόντος; ὅπως μηδὲ σὺ οἴνου τὸν τύφον ἀποφύγωμεν.
Οὔτε γὰρ πρὸς τὸ ἔνδοξον, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἡδὺ δεῖ
ποιεῖσθαι τὰς καταλλήξεις· οὔτε τιμὴ ἑνὸς ἑκάστου σκοπεῖν
ἀξίαν, ἀλλὰ τιμὴ ἑτέρου πρὸς ἕτερον σχέσιν καὶ ἁρμονίαν;
ὥσπερ ἄλλων τινῶν εἰς μίαν κοινωνίαν συλλαμβανομέ-
νων. Οὐδὲ γὰρ ὁ οἰκοδόμος τὴν Ἀττικὴν λίθον ἢ τὴν Λα-
κωνικὴν πρὸ τοῦ βαρβαρικοῦ σφὼ τιμᾷ διὰ τὴν εὐγένειαν τίθησιν·
οὐδὲ ὁ ζωγράφος τῷ πολυτελεστάτῳ χρώματι τὴν
ἡγεμονίαν ἀποδίδωσι χώραν· οὐδὲ ὁ ναυπηγὸς πρω-
Β τατίλει τὴν Ἰσθμικὴν πίτυν, ἢ τὴν Κρητικὴν κυπάρι-
τον· ἀλλ' ὡς ἂν ἀλλήλοις ἔχοντα σωτηθέντα καὶ σω-

A. 7. παραλαμβανομένων] Sic E. Xyl. Mez. Vulgo, παραλαμβανόμενον.
A. 9. διὰ τὴν εὐγένειαν] διὰ vulgo deeſt: recepi a Xyl. et V.

tem judicem. Cum omnes juſſiſſent eum libero uti ſermone, nihilque parcere, Quis tandem, inquit, philoſopho parcat, qui natalibus, opibus, magiſtratibus, quaſi ſpectandi primarium in theatro locum aliquem in convivio tribuat, aut primum jus dicendæ inter Amphictyones ſententiæ? ſcilicet ut ne inter pocula quidem a faſtu ſimus immunes. Non enim in collocandis ad menſas conviviis reſpiciendum eſt ad gloriam, aut unius cujuſvis dignitatem, ſed ad jucunditatem: puta, quo modo unus ad alium ſit affectus, quomodo ipſis inter ſe conveniat, quo pacto aliæ etiam res in aliquam recipiuntur communitatem. Nimirum qui domum ædificat, non lapidem Atticum aut Laconicum ob nobilitatem præponit: neque pictor colori pretioſiſſimo locum principem attribuit: neque naves compingens faber Iſthmicam abietem, aut Creticam cupreſſum reliquis priorem lignis ponit. Sed ut inter ſe compoſita atque con-

Digitized by Google

ἁρμοσθέντα μέλλῃ τὸ κοινὸν ἔργον ἰσχυρὸν καὶ καλὸν καὶ χρήσιμον παρέχειν, οὕτω κατανέμουσι. Καὶ τὸν θεὸν ὁρᾷς, ὃν Ἀριστότεχναν ἡμῶν ὁ Πίνδαρος προσεῖπεν, οὐ πανταχοῦ τὸ πῦρ ἄνω τάττοντα, καὶ κάτω τὴν γῆν, ἀλλ' ὡς ἂν αἱ χρεῖαι τῶν σωμάτων ἀπαιτῶσι.

Τῆτο μὲν ἐν κόγχαισι θαλασσονόμοις βαρυνώτοις,
Ναὶ μὴν, κηρύκων τε λιθορρίνων χελύνης τε

φησὶν Ἐμπεδοκλῆς,

Εἰθ' ὄψει χθόνα χρωτὸς ὑπέρτατα ναιετάουσαν.

οὐκ ἦν ἡ φύσις δίδωσι χώραν, ἀλλ' ἦν ἡ τοῦ κοινοῦ c ἔργου πρόθεσις συνέταξεν, οὕτω ἔχουσαν. Πανταχοῦ μὲν οὖν ἀταξία πονηρὸν, ἐν δὲ ἀνθρώποις καὶ ταῦτα, πάνυ σφόδρα, ἐγγενομένη, μάλιστα τὴν αὑτῆς ἀναδείκνυσι μοχθηρίαν, ὕβρει καὶ κακοῖς ἄλλοις ἀμυθήτοις· ἃ προϊδέσθαι καὶ φυλάξασθαι, τακτικοῦ καὶ ἁρμονικοῦ ἀνδρός ἐστιν.

ς'. Ὀρθῶς οὖν ἔφαμεν λέγειν αὐτὸν ἡμεῖς, καὶ, Τί

B. 5. ἡμῶν] ὑμῶν. Mez. Reisk.

cinnata totum sint opus factura validum, pulchrum, utile, sic ea disponunt. Ipsum adeo deum vides, quem Pindarus noster *optimum artificem* cognominavit, non ubique supra ignem, infra terram posuisse, sed in eo usum ac necessitatem corporum secutum. Empedoclem audi,

Inspice tergigraves conchas quandoque marinas:
Buccinus, exemploque abducta chelys tibi sexto
Esse potest, summo ut videas in corpore terram.

hanc enim habent hasce constitutionem, quam non naturalis locorum distributio, sed novi operis confectio exigebat. Sane confusio et ordinis disturbatio ubique mala est: verum ubi ea incidit hominibus, et quidem potantibus, contumelia, aliisque infandis malis demonstrat suam pravitatem: quae prævidere atque præcavere hominis est ordinis atque concinnitatis gnarum se esse profitentis.

VI. Recte eum ista dixisse affirmavimus, et interrogavi-

Digitized by Google

δὴ φθονεῖς τῶν βακχαῖων ἡμῖν καὶ ἁρμονικῶν; ἐλέγομεν. Οὐδείς, ἔφη, φθόνος, ἂν μέλλητε πείθεσθαι μεβακχεύοντί μοι καὶ μεβακχοσμοῦντι τὸ συμπόσιον, ὥσπερ τῷ Ἐπαμεινώνδᾳ ἡ φάλαγξ. Συνεχωρεῖμεν οὖν ἅπαντες. Ὁ δὲ τοὺς παῖδας ἐκ μέσου κελεύσας γενέσθαι, καταβλέψας ἔφησεν, Ἀκούσατε, εἶπεν, ὡς μέλλω συντάττειν ὑμᾶς ἀλλήλοις· βέλομαι γὰρ τοῦτο ποιεῖν. Δοκεῖ γάρ μοι καὶ τὸν Ὅμηρον οὐκ ἀδίκως ὁ Θηβαῖος αἰτιάσασθαι Παμμένης ὡς τῶν ἐρωτικῶν ἄπειρον, ὅτι φῦλα φύλοις συνέταξε, καὶ φατρίας φατρίαις συνέμιξε· δέον ἐρώντα μὲν ἐρωμένῳ παρεμβάλλειν, ἵνα ἡ σύμπνους ἡ φάλαγξ δι' ὅλης ἔμψυχον ἔχουσα δεσμόν. Τοῦτο κἀγὼ βέλομαι ποιῆσαι τὸ συμπόσιον ἡμῶν, ὑ πλησίῳ πλήσιον, οὐδὲ νέῳ νέον, οὐδὲ ἄρχοντι συγκαθαπλίνων ἄρχοντα, καὶ φίλῳ φίλον· ἀκίνητος γὰρ αὕτη καὶ ἀργὴ τοῖς εὐνοίας

C. 8. λιλίγομεν] Forte ſanum. Forte legendum, λιλίγχων vel Ἐμοὶ μὲν δοκεῖς, ἔφη, φθόνος —. Ald. Baſ. Xyl. E. H. Palat. Vat. ἂν λιλίγομεν.
D. 5. πρεσβεῖπεῖν] πρεσβεῖν. Mex. et Xyl. Verſ.

mus curnam nobis iſtas ordinis atque concinnitatis rationes invideret. Profecto, inquit, non invideo, ſi permittitis mihi, ut quo pacto phalangem Epaminondas, ego convivii ordinem mutem, melioremque redigam. Univerſi nos poteſtatem ei permiſimus hoc agendi. Ille pueris e medio juſſis diſcedere, in ſingulos intuitus, Audite, inquit, quo modo vos ſtatuerim componere: volo enim prædicere. Videtur mihi Pammenes Thebanus haud injuria reprehendiſſe Homerum, ut amatoriæ rei ignarum, qui tribus tribubus, curias curiis adjungi juberet; cum oporteret amatori amaſium adponi, ut tota phalanx animato devincta vinculo conſpiraret. Pammenem ego ſecutus, ita convivas diſponam, non ut divitem diviti, juveni juvenem, principem principi, amico amicum adjungam: quæ diſpoſitio otioſa eſt, neque ad benevolentiam parandam augendamve quic-

Digitized by Google

ὑπίδοσιν ἢ γένεσιν ἡ τάξις· ἀλλὰ τῷ δεομένῳ τὸ οἰκεῖον παρασαρμόττων, κελεύω φιλόλογον μὲ ὑποκαθαλλόμενον φιλομαθῆ, δυσκόλῳ δὲ παρῶν, ἀδολέσχῳ δὲ παρεσόμενος φιλήκοον νεανίσκον· τῷ δὲ ἀλαζόνι τ' ἔμφυτα, τῷ δὲ ὀργίλῳ τὸν σιωπηλόν· ἐὰν δέ που καπήλῳ πλούσιον μεγαλόδωρον, ἄξω παρ' αὐτὸν ἐκ γωνίας τινὸς ἀναζήσας πένητα χρηστόν, ἵν' ὥσπερ ἐκ πλήρους κύλικος εἰς κενὸν ὑποῤῥοή τις γένηται. Σοφιστὴν δὲ κωλύω συγκαθαλλόμενον σοφιστῇ, ἢ ποιητὴν ποιητῇ· F

Πτωχὸς γὰρ πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

καθάπερ Σωσυλῆς ἔστος ἢ Μόδεστος εἰζαῦθα συμπερείδοντες ἔπος παρ' ἔπος ἐζωπύρουν φλόγα μιᾷ, ἀλλὰ κινδυνεύουσι τὰ χάλικα. Δύσημι δὲ καὶ τραγαλιῶδες, ἢ φιλολαβρους, καὶ ὀξυθύμους, ἀλλήλων τινὰ παρεντιθεὶς μέσον, ὥσπερ μάλαγμα τ' ἀντιτυπίας. Ἀλειπλαὺς δὲ ἢ κυπ- 619

F. 5. ἐζωπύρουν—πάλλιζα] Forte ζωπυροῦσιν φλόγα ὅμοιοι, ἅμα συμπίπτουσι τὰς κεφαλάς. Non dubitavi in Latinis reddere.

A. 1. Ἀλειπλαὺς—συνάγω] Forte: Ἀλειπλικὰ; δὲ ἢ κυπαγτικὰς χαρίζω· γαμφικὰς δὲ συνάγω.

quam conducit: ſed id quod unicuique deeſt accommodans, homini qui de rebus ad humanitatem facientibus libenter diſſerat, ſtudioſum diſcendi apponam, moroſo manſuetum, loquaci ſeni adoleſcentem audiendi avidum, glorioſo ſubſannatorem, iracundo tacitum: quod ſicubi divitem conſpexero munificum, excitabo ex angulo aliquo et ad eum adducam probum pauperem, ut tanquam e pleno poculo in vacuum aliquid ex illo in hunc defluat. Sophiſtam vero adſidere ſophiſtæ, aut poëtam poëtæ nolo:

Urit enim cantor cantorem, et egenus egenum.

quanquam Soſicles iſte et Modeſtus verſum verſui apponentes, veluti flando excitantes flammam, capita conſerunt. Rixoſos etiam, dicaces, et iracundos divello in medium interjiciens placidum aliquem, tanquam ad emolliendum extremorum rigorem, deditos contra palæſtræ, vena-

Digitized by Google

γυναιὺς καὶ γεωργαιὺς συνάγω· τῶν γὰρ ὁμοιοτήτων, ἡ μὲν μάχιμος, ὥσπερ ἀλεκτρυόνων· ἡ δὲ ὀπτικὴ, ὥσπερ ἡ τῶν κολοιῶν. Συνάγω δὲ καὶ ποτικὰς εἰς ταὐτὸ καὶ ἐρωτικὰς, οὐ μόνον ὅσοις ἔρωτος δῆγμα πεφύκασιν, ὡς φησι Σοφοκλῆς, ἀλλὰ καὶ τὰς ὑπὸ γυναιξὶ καὶ τὰς ὑπὸ παρθένοις δακνομένας· τῷ γὰρ αὐτῷ θαλπόμενοι πυρὶ, μᾶλλον ἀλλήλων ἀντιλήψονται, καθάπερ ὁ καλλώμενος σίδηρος· ἂν μὴ, νὴ Δία, τῷ αὐτῷ τύχωσιν ἢ τῆς αὐτῆς ἐρῶντες.

A. 4. ποτικὰς] Sic Baſ. Xyl. Venet. Palat. Turneb. Amiot. Mez. Vulgo, ποιητικὰς. Alii etiam, ποτικὰς.
A. 5. ἔρωτος δῆγμα] Addendum παιδικῦ. Vid. ſupra p. 77. B.

tioni, aut agriculturæ conjungo. Similia enim quædam inter ſe conjuncta pugnam cient; ut galli: aliis convenit, ut graculis. Potores etiam conduco in unum, et amatores, non modo quos amor urit puerorum, ut ait Sophocles, ſed etiam qui mulieres et virgines depereunt. Eodem enim flagrantes igni, magis invicem coaleſcent, ſicut ferrumination glutinatum ferrum: niſi quidem forte ejuſdem amore ſive maris ſive feminæ ardeant.

BODLEIAN LIBRARY OXFORD MUSEUM

Digitized by Google

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Γ'.

Διὰ τί τ τόπων ὁ καλέρθμος ὑπατικὸς ἔχε τιμήν. B

QUÆSTIO III.

Cur is locus, qui consularis appellatur, in honore habeatur.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΤΑ ΑΥΤΑ.

PERSONÆ COLLOQUII.

EÆDEM.

ΤΟΥΤΟΥ δὴ τ τόπων ἀνέπεσε ζήτησις. Ἄλλοι γὰρ ἄλλοις ἔντιμοι· Πέρσαις μὲν ὁ μεσάτατος, ἐφ' ᾧ κατακλίνεται ὁ βασιλεύς· Ἕλλησι δὲ, ὁ πρῶτος· Ῥωμαίοις δὲ ὁ τ μέσης κλίνης, τελευταῖος, ὃν ὑπατικὸν προσαγορεύουσι· τ δὲ περὶ τ Πόντον Ἑλλήνων οἰκοῦσι, καθάπερ Ἡρακλεώταις, ἔμπαλιν ὁ τῆς μέσης πρῶτος. Ἀλλὰ περὶ γε ὑπατικῆ λεγομένη μάλιστα διαπο-

B. 8. Τούτου] Legendum Ἐκ τούτου. Prior vox in codicibus, huic continua, ἐφ-ότις, præpositionem abstulit.

SECUNDUM hæc incidit quæstio de locis. Alius enim apud alios locus honoratur, ut Persis medius, quem accumbens rex occupat, videtur honestissimus: apud Græcos primus; apud Romanos mediæ mensæ ultimus, quem ipsi consularem vocant: apud quosdam Græcorum juxta Pontum habitantium, ut Heracleotas, mediæ mensæ primus. Maxime autem de consulari loco dubitatum a nobis

Digitized by Google

C μᾶλλον· ὅτος γὰρ ἐπεφήτευε τῇ τιμῇ καὶ' ἡμᾶς· καὶ τὴν αἰτίαν ὅτε ὡς ὁ πρῶτος, ὅτε ὡς ὁ μέσος εἶχε, νενομισμένων ἔτι· καὶ τῶν συμβεβηκότων αὐτῷ τὰ μὲν οὐκ ἦν ἴδια τούτου μόνου, τὰ δὲ οὐδαμοῦ ἄξια σπουδῆς ἐφάνετο. Πλείω τοίνυν γε τῶν λεχθέντων ἐκίνει. Πρῶτον μὲν, ὅτι τοὺς βασιλεῖς καταλύσαντες οἱ ὕπατοι, καὶ πρὸς τὸ δημοτικώτερον ἅπαντα μεταχοσμήσαντες, ἐκ τοῦ μέσου καὶ βασιλικοῦ χώρου, ἐκεῖθεν αὐτοὺς κάτω συγχωροῦντες, ὡς μηδὲ τοῦτο τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς καὶ ἐξουσίας ἐπαχθὲς εἴη τοῖς πολίταις. Δεύτερον δὲ, ὅτι τῶν δυοῖν κλινῶν ἀποδεδομένων τοῖς παρακεκλημένοις, ἡ τρίτη καὶ ταύτης ὁ πρῶτος τόπος μάλιστ' ἔστ' ἐπιθυμητός· ἐνταῦθα γὰρ ὥσπερ ἡνίοχος ἢ κυβερνήτης ὀπὶ δεξιὰ πρὸς τὴν ὑπόλειψιν ἐξαD νεῖται τῶν ἐπηρεσιῶν, καὶ τοῦ φιλοφρονεῖσθαι, καὶ τοῦ διαλέγεσθαι τοῖς παροῦσιν ἐκ ἀπήρτηται πολὺ συνέγγιζα τόπων·

C. 2. ὅτε ὡς ὁ πρῶτος, ὅτε ὡς ὁ μέσος.] Articulum posteriore loco sumsi ab Flor. Palat. Vat. Priore, ipse addidi, et sententiæ et consequentiæ caussa.

C. 9. μηδὲ τοῦτο—ἐξουσίας.] τοῦτο revocavi ex Ald. Bas. Xyl. E. H. Flor. Palat. Vatic. loco vulgati τί. Transposui cum Palat. et Mez. vulgatum—ἀρχῆς καὶ αὐτῶν ἐξουσίας.

C. 13. ὀπὶ δεξιὰ—ἐξικνεῖται.] Prius mutandum videtur in ὑπερδέξιος vel ὑπερδέξια. Post. in tribus Gr. Lat. vitio abiit in ἐξικνεῖσθαι.

fuit, qui cum apud nos haberetur præcipuus, causa ejus rei neque ut quia primi loci, neque ut medii, definiri poterat: tum quæ ei accidunt, partim non sunt propria, partim nullius videntur momenti. Tria tamen ex his quæ dicta sunt, nos moverunt. Unum, quod ejectis regibus consules, cum ad popularem formam omnia redigerent, seipsos e medio et regio loco deorsum subduxerunt: ne vel ipse locus, tanquam regii imperii ac potestatis reliquiæ quædam, molestus esset civibus. Secundum, quod, cum duæ mensæ invitatis tribuuntur, tertia ejusque primus locus maxime convivatori congruit: ibi enim tanquam auriga aut gubernator dextre potest intueri in ministeria, et a proximis locis non ita longe removetur, quin compellare possit et col-

Digitized by Google

ὁ μὲν γὰρ ὑπ' αὐτὸν, ἢ γυναικὸς ἢ παίδων ἐστὶν· ὁ δὲ ὑπὲρ αὐτὸν, εἰκότως τῷ μάλιστα τιμωμένῳ τὸν κεκλημένων ἀπεδόθη, ἵνα ἐγγὺς ᾖ τοῦ ἐσπίοντος. Τρίτον δὲ ἔχειν ἴδιον οὗτος ὁ τόπος ἐδόκει τὸ ταχὺς τ' ἀφῖξιν εὐφυές· οὐ γὰρ ἦν ὁ τ' Ῥωμαίων ὕπατος οἷος Ἀρχίας ὁ Θηβαίων πολέμαρχος, ὥστε γραμμάτων ἢ λόγων αὐτῷ μεταξὺ δειπνοῦντι φερντίδος ἀξίων παραπεσόντων, ὀλιφθεγξάμενος, "Εἰς ἕω τὰ σαυδᾶια," τ' μὴ ὀψὲ παρῶσαι, λαβεῖν δὲ τ' Ἠριάλειον· ἀλλὰ μάλ' ἐμμελοῦς καὶ παρεσκευασμένους σὺ τοῖς τοιούτοις χαμεῖς. Οὐ γὰρ μόνον ὠδῖνα τίκτει κυβερνήτῃ σοφῷ, κατ' τὸ λεγόμενον πᾶς βόλος, ἀλλὰ καὶ πότε πᾶσα καὶ ἀνέσεως ἡδονὴ στρατηγῷ καὶ ἄρχοντι φερντίδος ἀξιόν ἐστι. Καὶ ἵνα ἀκοῦσαί τι δεῖ καὶ παραστάξαι καὶ ὑπολαβεῖν δύνηται, τοῦτον ἐξ-

E. 3. ὠδῖνα τίκτει—ἀκοῦσαί τι ἃ δεῖ] Sic Steph. edidit, ut ait, lectionem a vetere codice allatam: quæ fere exstat in Exempl. Turneb. et Amiot. verſione. In omnibus aliis noſtris libris et editis, et ſcriptis ita exſtat: ὠδῖνα τίκτει κυβ* σοφῷ κατὰ τὸ* ἀλλὰ καὶ ποτὲ πᾶσα καὶ ἀνέ* καὶ ἄρχοντι φερντίδος ἀξιόν ἐστιν ἵνα* ἀκοῦσαί τι ἃ δεῖ. Xylander principium hujus loci audacter ita immutatum edidit. Ὠδῖνα τίκτει κυβερνήτῃ σοφῷ· κατὰ τὸ Αἰσχύλειον. Eſt Æſchyli dictum Suppl. 777.

loqui: locus enim infra eum, uxoris eſt aut liberorum, qui ſupra, is ut par eſt, tribuitur convivarum honoratiſſimo. Tertium fuit, quod hujus loci proprium videbatur, opportunitas nimirum ad actiones obeundas. Non enim conſul Romanorum more Archiæ Thebanorum polemarchi agit, ut literis inter cœnandum aut ſermone aliquo conſiderationem requirente oblatis, tantum fatus, *In craſtinum feria*, epiſtolam rejiciat, ac poculum Thericleum arripiat: ſed in hoc ipſo temporis articulo ſolicitum admodum ac circumſpectum ſe præbet. Quippe non modo

Nox incutit gubernatori, qui ſapit,
Dolorem,——

ut eſt apud Æſchylum: ſed et in quovis convivio, quavis animi recreatione et oblectatione, convenit magiſtratui ac principi curare, ut et audiat, et mandet quæ opus eſt, et

Digitized by Google

ἄριστον ἔχει τὸν τόπον· ἐν ᾧ τῆς δευτέρας κλίνης τῇ θερμῇ συναπτούσης, ἡ γωνία ἀφέλειμμα ποιοῦσα τῇ καμπῇ, δίδωσι καὶ γραμματεῖ καὶ ὑπηρέτῃ καὶ φύλαξι σώματος καὶ ἀγγέλῳ τοῦ ἀπὸ στρατοπέδου παρελθεῖν, ἀφελεχθῆναι, συλᾶσθαι, μήτε τινὸς ἐνοχλοῦντος αὐτῷ, μήτε τινὸς ἐνοχλουμένου τοῦ συμποτοῦ, ἀλλὰ καὶ χεῖρα καὶ φωνὴν εὐπρόσδεξιον ἔχοντι καὶ ἀκώλυτον.

E. 7. τῇ πρώτῃ συναπτούσης] Immo τῇ τρίτῃ συναπτούσης· ut Mez. et Reisk.
F. 5. ἀκώλυτον] In E. et H. addita sunt hæc signa † † defectus. Nec tamen quid ad sententiam desideramus.

subscribat: quod ut facere possit, hunc habet locum eximium: ubi secunda mensa ad tertiam applicata angulus flexu suo intercapedinem facit, quæ spatium accedendi, alloquendi, et audiendi præbeat scribæ, lictori, stipatori, nuncio ab exercitu venienti: cum interim consul neque molestiam cuiquam convivarum exhibeat, neque ipsi obturbetur a quoquam, sed et dextram et vocem liberam habeat atque expeditam.

Digitized by Google

ΠΡΟΒΛΗΜΑ Δ'.

Ποῖόν τινα δεῖ τὸν συμποσίαρχον εἶναι.

QUÆSTIO IV.

Qualem oporteat esse magistrum convivii.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΚΡΑΤΩΝ. ΘΕΩΝ. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ. ΑΛΛΟΙ.

PERSONÆ COLLOQUII.

CRATO. THEO. PLUTARCHUS. ALII.

α'. ΚΡΑΤΩΝ ὁ γαμβρὸς ἡμῶν καὶ Θέων ὁ ἑταῖρος ἔν τινι πότῳ παρωινίας ἀρχὴν λαβόντος, εἶτα παυσαμένης, λόγον ἐποιήσαντο περὶ τοῦ συμποσιαρχίας, οἰόμενοί με δεῖν στεφανηφορεῖν μὴ θέλειν ἔθος ἐκλελοιπὸς παντάπασιν, ἀλλ' ἀναλαβεῖν καὶ καταστῆσαι πάλιν τῆς ἀρχῆς τὴν νενομισμένην ὀπίσω περὶ τὰ συμπόσια καὶ μαχόμενοι· ἐδόκει δὲ ταῦτα καὶ τοῖς ἄλλοις, ὥστε θόρυβον ἐκ πάντων καὶ κέλευσιν γενέσθαι. Ἐπεὶ τοίνυν, B

I. CRATO adfinis, et Theo socius noster, quodam in convivio cum jam et cœptum esset largius potari, et desitum, mentionem intulerunt de magistro compotationis, censueruntque me, ut qui sertum gererem, non debere negligere consuetudinem jam fere omnino exolescentem de eo qui præesset convivio, sed eam in usum revocare. Hæc sententia ita placuit reliquis, ut universi cum strepitu me ad id cohortarentur. Ibi ego, Quando, inquam, omnibus

Digitized by Google

ἔφην ἐγὼ, δοκεῖ ταῦτα πᾶσιν, ἐμαυτὸν αἱρεῦμαι συμποσίαρχον ὑμῶν, καὶ κελεύω τὰς μὲν ἄλλας ὡς βούλονται πίνειν ἐπὶ τῷ παρόντι, Κράτωνα δὲ καὶ Θέωνα τὰς εἰσηγήτας καὶ νομοθέτας τοῦ δόγματος, ἔν τινι τύπῳ βραχέως διελθεῖν ὁποῖον ὄντα δεῖ τὸν συμποσίαρχον αἱρεῖσθαι, καὶ τί ποιοῦμενος τέλος ὁ αἱρεθεὶς ἄρξει, καὶ πῶς χρήσεται τοῖς κατὰ συμπόσιον· διελέσθαι δὲ τὸν λόγον αὐτοῖς ἐπιτρέπω.

Β. Μικρὰ μὲν οὖν ἐκίνησαντο παραιτούμενοι· κελευόντων δὲ πάντων πείθεσθαι τῷ ἄρχοντι, καὶ ποιεῖν τὸ προσταττόμενον, ἔφη πρότερος ὁ Κράτων, Ὅτι δεῖ τὸν μὲν φυλάκων ἄρχοντα, φυλακικώτατον, ὡς φησιν ὁ Πλάτων, εἶναι· τὸν δὲ συμποτῶν, συμποτικώτατον. Ἔστι δὲ τοιοῦτος, ὃν μήτε τῷ μεθύειν εὐάλωτος ᾖ, μήτε πρὸς τὸ πίνειν ἀπρόθυμος· ἀλλ' ὡς ὁ Κῦρος ἔλεγε Λακε-

B. 2. χρήσεται—ἐπιτρέπω.] Sic Mss. Amiot. Reisk. Vulgo, χρῆσθαι τοῖς κατὰ συμπόσιον δεῖ, διελέσθαι τὸν λόγον αὐτοῖς ἐπιτρέπων.
B. 11. ἐκίνησαντο] Sic Palat. Vulgo, χίνησαντο.

vobis ita videtur, ego meipsum convivii imperatorem constituo, injungoque reliquis, ut in præsentia bibant suo quisque arbitratu: Cratoni autem ac Theoni autoribus hujus decreti, atque legislatoribus, ut breviter atque sub exemplo explicent, qualis sit arbiter ille compotationis deligendus, et in quem scopum intentus debeat, ac qua ratione moderari compotationi. Ipsi viderint, quomodo inter se vices differendi partiri velint.

II. Cum illi simulata tergiversatione usi aliquantulum essent, omnes tamen iis suaderent ut principi obtemperarent, et jussa exequerentur, prior ita orsus est dicere Crato, Quemadmodum Plato præfectum vigilum vult esse quam maxime vigilem, ita inter convivas is debet magister constitui, qui quam maxime sit aptus compotando. Talis erit, qui neque obruatur facile ebrietate, et tamen ad bibendum sit alacris: sitque Cyri similis, qui ad Lacedæmonios

Digitized by Google

δαιμονίοις χαίφων, ὅτι τά τε ἄλλα τῷ ἀδελφῷ βασιλικώτερος εἴη, καὶ φέροι καλῶς πολὺ ἄκρατον. Ὅ, τε γὰρ παροινῶν, ὑβριστὴς καὶ ἀχήμων· ὅ, τε αὖ παντάπασι νήφων, ἀηδὴς, καὶ παιδαγωγεῖν μᾶλλον ἢ συμποσιαρχεῖν ἐπιτήδειος. Ὁ μὲν οὖν Περικλῆς, ὁσάκις πρημθὸς τραπηὸς ἀνελάμβανε τὴ χλαμύδα, πρῶτος εἰώθη ἀναλέγεσθαι πρὸς αὑτὸν, ὥσπερ ὑπομιμνήσκων, "Ὄρα "Περίκλεις· ἐλευθέρων ἄρχεις, Ἑλλήνων ἄρχεις, Ἀ- "θηναίων ἄρχεις." Ὁ δὲ συμποσίαρχος ἡμῶν ἐκεῖνα λεγέτω πρὸς αὑτὸν, "Φίλων ἄρχεις·" ἵνα μήτε ἀχημονεῖν ἐπιτρέπῃ, μήτε τὰς ἡδονὰς ἀφαιρῆ. Δεῖ δὲ καὶ σπουδῆς τὸν ἄρχοντα συνόντων οἰκεῖον εἶναι, καὶ παιδιᾶς μὴ ἀλλότριον, ἀλλ' εὖ πως συγκεκραμμένον πρὸς ἀμφότερα, σμικρῷ δὲ μᾶλλον, ὥσπερ οἶνον ἀξεῖον, ἐπανευόντα τῇ φύσει πρὸς τὸ αὐστηρόν· ὁ γὰρ οἶνος ἄξει ὃ ἦθος

D. 2. Ἑλλήνων ἄρχεις] Sine ratione omisit Steph. Revocavi ex Ald. Bas. Xyl. H. Flor. Vatic.

D. 8. σμικρῷ] Vulgo omnes σμικρῶς. Mez. σμικρὸν.

scribens, profitebatur se cum aliis in rebus fratre ad regnum gerendum aptiorem esse, tum facile etiam multum meri ferre. Nam et vinosus, contumelioſus fuerit et indecorus; et omnino sobrius, injucundus, ac mores quam convivium regendo aptior. Pericles quidem quoties prætor creatus chlamydem primum indueret, secum solebat colloqui tanquam semetipsum commonefaciens, *Animum adverte Pericles, liberis hominibus imperas, Græcis imperas, Atheniensibus imperas:* ita noster convivii moderator secum reputabit, Amicis se præesse: ut neque permittat eos turpiter agere, neque voluptatibus prohibeat. Et oportet eum cum seriis bibentium studiis esse accommodatum, tum a jocis eorumdem haud alienum, sed ad utraque probe temperatum: ita quidem, ut boni instar vini nonnihil ad austeritatem ingenio sit propensiore: id enim vino emollietur, et ad

Digitized by Google

εἰς τὸ μέτριον, μαλακώτερον ποιῶν καὶ ἀνυγρότερον. Ὥσπερ γὰρ ὁ Ξενοφῶν ἔλεγε τὸν Κλέαρχον τὸ σκυθρωπὸν
E καὶ ἄγριον ἄλλως, ἐν ταῖς μάχαις ἡδὺ καὶ φαιδρὸν ὀπτάνεσθαι, διὰ τὸ θαρραλέον· οὕτως ὁ μὴ φύσει πικρὸς, ἀλλὰ στρυφνὸς καὶ αὐστηρὸς, ἐν τῷ πίνειν ἀνίεμενος, ἡδίων γίνεται καὶ φιλοφιλέστερος. Ἐπὶ τούτῳ οὖν δεῖ τὸν μάλιστα μὲν ἑκάστου τῶν συμποτῶν ἐμπείρως ἔχειν, τίνα λαμβάνει μεταβολὴν ἐν οἴνῳ, καὶ ποῖός τί πάθος ἀκροσφαλής ἐστι, καὶ πῶς φέρει τὸν ἄκρατον. Οὐ γὰρ οἴνῳ μόνον ἐστὶ ποῖος ὕδωρ ἕτερον ἑτέρῳ
F μίξις, ὡς οἱ βασιλικοὶ γινώσκοντες οἰνοχόοι, νῦν μὲν πλέον, νῦν δὲ ἔλαττον ἐπιχέουσιν· ἀνθρώπῳ δὲ ποῖος οἶνον ὀκ ἔστιν ἰδία κρῖσις, ὡς τῷ συμποσιάρχῃ γινώσκειν προσήκει, καὶ γινώσκοντι φυλάττειν· ἵν', ὥσπερ ἁρμονικὸς, τὸν μὲν ὀπτείνων τῇ πόσει, τὸν δὲ ἀνιεὶς καὶ ἐπαφιεὶς μέτρος, εἰς ὁμαλότητα καὶ συμφωνίαν ἐκ διαφορᾶς κα-

E. 8. ἑτέρῳ] Sic Venet. Palat. Vatic. V. et Salmaſius correxit item Xyl. et Amiot. Vulgo, ἑτέρου.

mediocritatem redigetur. Atque ut Xenophon ait, Clearchum hominem alioqui auſterum et agreſtem, in prœliis ob audaciam jucundum hilaremque fuiſſe viſum: ita qui natura non moroſus, ſed gravis ſit atque auſterus, inter potandum miteſcens, amicior fit atque jucundior. Præterea debet peritus quam maxime eſſe, quam unicuique convivarum mutationem vinum adferat, et ad quod affectionis genus proclivior ſit, ac quomodo merum ferat. Non enim vini quidem eſt alius alia ad aquam contemperatio, quam pincernæ regii habentes cognitam, alias plus, alias minus aquæ ſuffundunt: homo autem ad vinum non habet ſuum temperamentum, ſed et eſt, et magiſtro convivii cognitum eſſe debet, ab eoque obſervari; ut, muſici in morem, aliorum animos potando contentiores, aliorum abſtinendo remiſſiores reddens, e diverſitate æquabilitatem atque con-

Digitized by Google

ταξήσῃ τὰς φύσεις· ὅπως μὴ κοτύλῃ μηδὲ κυάθοις τὸ ἴσον, ἀλλὰ χωρῷ τινι μέτρῳ καὶ σώματος δυνάμει τὸ οἰκεῖον ἑκάστῳ καὶ προσφορὸν ἀπονέμηται. Εἰ δὲ τοῦτό γε δύσκολον, ἐκεῖνα δὲ πάντως ἐξευδίανει τῷ συμποσιάρχῳ προσῆκει τὰ κοινὰ περὶ τὰς φύσεις καὶ τὰς ἡλικίας· οἷον, πρεσβύται τάχιον μεθύσκονται νέων σαλευόμενοι, ἠρεμούντων· ἔλυπει δὲ καὶ σεφρονιστὰς, εὐθύμων καὶ ἱλαρῶν· ἀνέδην καὶ κατακόρως ἀπαγόντες τοὺς ἀσελγαινόντων. Καὶ τοιαῦτα γινώσκων μᾶλλόν τις μᾶλλον τοῦ ἀγνοοῦντος εὐσχημοσύνῃ καὶ ὁμόνοιαν συμποσίου πρυτανεύσει. Καὶ μὲν ὅτι γε δεῖ τὸν συμποσίαρχον οἰκείως ἔχειν καὶ φιλικῶς πρὸς ἅπαντας, ὕπνον δὲ μηδενὶ μηδὲ ἀπεχθῆ τοὺς ἐστιωμένων εἶναι, παντί που δῆλον· οὔτε γὰρ ὀλιγάτλων ἀνεκτὸς, οὔτε ἀπονέμων ἴσος, οὔτε προσπαίζων, ὁμοίως ἀνέγκλητος ἔσται. Τοιοῦτον, ἔφη, σοὶ,

A. 1. τοῦτό γε—ἰκαῖνα δὲ] Mez. τοῦτο—ἰκαῖνά γε.

A. 6. ἱλαρῶν—ἀσελγαινόντων] Sic Steph. At in omnibus aliis noſtris libris ἱλαρῶν * ἀνίδην καὶ κατὰ * ἀπάγοντες τῶν ἀσελγαινόντων. Equidem ita conjeci, ἱλαρῶν· ἀνίδην καὶ κατακόρως ἄδοντες τῶν σιγώντων.

ſonantiam conficiat; ne hemina et acetabulis æqualitas æſtimetur, ſed modo quodam opportunitatis et vi corporum ſua unicuique vini portio tribuatur. Quod ſi hoc difficile eſt, iſta quidem omnino tenenda ſunt arbitro bibendi communia de naturis et ætatibus: puta, quod ſenes facilius inebriantur quam juvenes, qui moventur ſubinde quam quieſcentes, inſomniis et curis vexati, quam qui animo quieto ſunt et hilari, affatim canentes tacentibus. Atque hæc qui cognita habeat, facilius ignaro, decorum concordiamque convivio temperando adſciſcet. Illud nemo ſane ignorat, magiſtrum convivii omnibus debere amicum eſſe convivis atque acceptum, cum nullo ſimultates aut inimicitias exercere: alioqui neque imperando tolerabilis, neque diſtribuendo æqualitatis obſervans, neque colludendo inculpabilis erit. Talem ergo, aiebat, tibi ego, mi Theo, con-

Digitized by Google

Θέων, ἐγὼ τὸν ἄρχοντα συμποσίου πλάσας, ὥσπερ ἐκ κηροῦ, τῷ λόγῳ ἀποδείδωμι.

γ'. Καὶ ὁ Θέων, Ἀλλὰ δέχομαι μὲν, εἶπεν, ὅτι μᾶλλον ἀπειργασμένον τὸν ἄνδρα καὶ συμποτικόν· εἰ δὲ χρήσομαι κἀγὼ τοῖς αὐτῷ, καὶ μὴ κατασχύνω τὸ ἔργον, οὐκ οἶδα· ἔτος δέ μοι δοκεῖ τοιοῦτος εἶναι τὸ συμπόσιον ὡς ἀληθῶς ἄξειν ἡμῖν, καὶ μὴ ὄψεσθαι νῦν μὲν ἐκκλησίαν δημαγωγοῦσαν, νῦν δὲ σχολὴν σοφιστῶν γεμούσαν, αὖθις δὲ κυβευτήριον, εἶτά που σκηνὴν, καὶ θυ-
c μέλην. Ἢ γὰρ οὐχ ὁρᾶτε, τοὺς μὲν δημαγωγοῦντας καὶ διαζομένους ἀνδρὶ δεινὸν, τοὺς δ' μελετῶντας καὶ ἀναγινώσκοντας αὐτῶν τινα συγγράμματα, τοὺς δὲ μίμοις καὶ ὀρχησταῖς ἀγωνοθετοῦντας; Ἀλκιβιάδης δὲ καὶ Θεόδωρος τελεστήριον ἐποίησαν τὸ Πολυτίωνος συμπόσιον, ἐκτετμημένοι δαδουχίας καὶ ἱεροφαντίας. Ὧν ἐδέου,

B. 7. μᾶλλον—τὸ ἔργον] Forte, καλὸν—τὸν ἔργον. Illud Reiskio item placuit.
B. 9. οὐκ οἶδα—ὄψεσθαι] Stephano debetur hæc lectio. Omnes alii libri et scripti et editi ita habent: οὐκ οἶδα * τὸν δί μοι δοκεῖτε * σὺν τὸ συμπόσιον * ἄξειν ἡμῖν καὶ μὴ ὄψεσθαι. Quod ita supplere tentavi: οὐκ οἶδα· οὐ μὴν ἀλλὰ τόνδέ μοι δοκεῖτε ὀρθῶς ἂν αἱρήσεσθαι, ὃς ἂν μέλλῃ τὸ συμπόσιον ἐπιτροπεύσειν, συμπόσιον ὂν διαφυλάξειν, καὶ μὴ στρέψασθαι—.

xivii præfectum verbis tanquam e cera fictum trado.

III. Tum Theo, Equidem, inquit, accipio virum probe et convivio convenienter formatum: nescio autem an si ubique eo utar, decoraturus sim opus. Igitur recte mihi bibendi magistrum eligere videamini eum qui policit convivium ita conservare ut convivium maneat, ne videatur esse modo concio populi rempublicam in sua potestate habentis, alias schola rhetorica, mox ludus talarius, interdum scena et pulpitum. Nisi forte non videtis inter cœnandum alios de republica et judiciis disputantes, alios declamitantes et scripta sua recitantes, quosdam mimis et saltatoribus præmia constituentes. Alcibiades vero et Theodorus Polytionis convivium pro adyto ubi homines sacris initiarentur usurpavere, sacigerationes et mysticas ac-

Digitized by Google

οἴμῃ, τῷ ἄρχοντι θεωρητέον· ἀλλὰ καὶ λόγοις καὶ θεάμασι, καὶ παιδιᾶς δοὺς τόπον, ἐκείνοις μόνοις ὅσα πρὸς τὸ συμποτικὸν τέλος ἐξαινεῖ· τοῦτο δὲ ἦν φιλίας ἐπίτασιν, ἢ γένεσιν δι' ἡδονῆς ἐπεργάσασθαι τοῖς παροῦσι· διαγωγὴ γάρ ἐστιν ἡ οἴνῳ τὸ συμπόσιον εἰς φιλίαν ἐπὶ χάριτος τελούσῃ. Ἐπεὶ δὲ παντάχοῦ πλήσμιον, καὶ παντάχοῦ βλαβερὸν τὸ ἄκρατον· ἡ δὲ μῖξις οἷς ἂν ὁ καιρῷ καὶ μὴ μέτρῳ παραγένηται θεάγμασιν, ἀφαιρεῖται αὐτὸ, καὶ βλάπτει τὰ ἡδέα καὶ λυπεῖ τὰ ὠφέλιμα· δῆλον ὅτι καὶ τοῖς πίνουσιν ὁ διαιτάτης μεμιγμένῳ τινὰ παρέξει διαγωγήν. Ἀκούων ἐν πολλῶν λεγόντων, ὅτι πλεῖς μὲν ὁ παρὰ γῆν, θεῖπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν, ἥδιστός ἐστιν ὅταν παραβαλεῖ τῇ σπουδῇ τὴν παιδιὰν, ὅπως οἵ τε παίζοντες ἀμυσγέπως ἀσυδῆς τινος ἔχωνται, καὶ πάλιν οἱ ἀσυδάζοντες ἀνα-

tiones imitando. Quæ omnia ego præfecto convivii nequaquam negligenda arbitror: ſed et ſermonibus et ſpectaculis, et ludicris locum dabit iis duntaxat, quorum uſus ad ſcopum convivii pertingit: is autem eſt amicitiæ vel confirmationem vel initium voluptate quadam inter convivas efficere. Eſt enim convivium oblectatio inter pocula, ob gratiam in amicitiam deſinens. Jam cum in omnibus rebus id quod ſincerum ac nulla alia re permixtum eſt, faſtidioſum ſit et damnoſum, ipſa autem mixtio niſi tempeſtive et modo adhibito fit, omnia turbet, et cum jucundis utilitatem detrahat, tum utilia moleſta reddat: nimirum etiam bibentibus arbiter mixtam quandam providebit oblectationem. Quod ergo vulgo dici ſolet, jucundiſſimam eſſe *navigationem prope terram, et deambulationem juxta mare*: id huc tranſferet, itaque ſeria jocis temperabit, ut et jocantes ſerium utcunque aliquid ſectentur, et rurſum ſeria agentes animum

D. 5. ἀφαιρεῖται — ὠφέλιμα] Steph. αὐτὸ primus dedit, et ſic Anon. At omnes alii libri habent ἄνω. Corrigo, ἀφαιρεῖται αὐτῶν ἡ τὸ βλάπτειν τὸ ἥδεα, ἡ λυπεῖν τὰ ὠφέλιμα.

D. 7. Ἀκούων] Sic E. Palat. Vatic. Salmaſius ex vetere libro. Vulgo, ἀκούω.

Digitized by Google

θαῤῥῶσιν, ὥσπερ οἱ ναυτιῶντες ἐγγύθεν εἰς τὴν παιδιὰν ἀποβλέποντες. Ἔστι γὰρ καὶ γέλωτι χρῆσθαι πρὸς πολλὰ τῶν ὠφελίμων, καὶ σπουδὴν ἡδεῖαν ὑποδέχειν,

Ὧν αὖ ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τριχεῖαν ὄνωνιν
Φύοντας μαλακῶν ἄνθεα λευκοΐων.

Ὅσαι δὲ ἄνδρι σπουδῆς ἐπεισκωμάζουσι τοῖς συμποσίοις παιδιαὶ, ταύτας ὀπιμελῶς ἀφαιρεύσεται τοῖς συμπόταις εὐλαβεῖσθαι. μὴ λάθωσιν ὕβριν καὶ ἀσέλγειαν, καθάπερ ὑοσκύαμον, λαβόντες οἴνῳ, καὶ τοῖς λεγομένοις προστάγμασιν ἐξυβρίζωσι, προστάττοντες ᾄδειν ψελλοῖς, ἢ χλενίζειν φαλακροῖς, ἢ ἀσκωλιάζειν χωλοῖς. Ὥσπερ Ἀγαπήτορι τῷ Ἀκαδημαϊκῷ λεπτὸν ἔχοντι καὶ κατεφθινηκὸς τὸ σκέλος ἐπηρεάζοντες οἱ ξυμπόται, πάντας ἐκέλευσαν ὀπὶ θατέρῳ δεξιῷ ποδὶ ἑστῶτος ἐκπιεῖν ὃ ποτήριον, ἢ ζημίαν καταβαλεῖν· τῷ δὲ προστάσσειν προσελθόντος εἰς αὐτὸν, ἐκέλευσε πάντας ὅπως πιεῖν ὡς ἂν

B. 9. ὕβριν—ἐξυβρίζωσι] Steph. addidit καὶ ἀσέλγειαν cujus loco in omnibus libris ſpatium vacuum eſt: idem οἴνῳ, τοῖς mutavit in οἰνωτοῖς· ἐξυβρίζοντες fecit ex ἐξυβρίζωσι. Ego οἴνῳ τοῖς revocavi ex Ald. Baſ. Xyl. E. H. porro ἐξυβρίζωσι ex Palat. conſequenter addidi καὶ ante τοῖς.

recipiant, veluti a nauſea, dum ad ludum jocumque propinquum reſpiciunt. Nam et riſus poteſt ad multa utilia accommodari, et feriæ res dulcedine aliqua temperari,

Inter echinopodes velut aſperam et inter omnia
Interdum florent mollia leucoia.

Qui vero ludi ſine feriis rebus comeſſatum veniunt in convivia, eos jubebit accurate cavere, ne fallant contumeliam, ſicut altercum vino, inſerentes, iis quæ vocantur mandatis, ut dum balbos cantare, calvos ſe pectere, aut claudos ſaltare jubent. Sicut Agapeſtori Academico, cui crurum alterum tabe conſumtum et exile erat, inſultantes compotores, juſſerunt unumquemque uno dextro ſtantem in pede poculum ebibere, aut multam perſolvere. Cum autem jus mandandi ad ipſum perveniſſet, omnes juſſit ita ut ip-

Digitized by Google

αὐτὸν ἴδωσι καὶ κεραμίνῳ κενῷ κομισθέντος, εἰς τοῦτο τὸν ἀσθενῆ πόδα καθεὶς ἐξέπιε τὸ ποτήριον, οἱ δ' ἄλλοι πάντες, ὡς ἐφάνετο πειρωμένοις ἀδύνατον, ἀπέπεσαν τὴν ζημίαν. Χαρίεις ὢν Ἀγαπήτωρ καὶ ποιητέον εὐκόλους 611
ὄντα καὶ ἱλαροὺς τοὺς ἀμύνας, καὶ προστάγματα ἐθικὰ χρὴ τοὺς ἡδονὴν καὶ ὠφέλειαν, τὰ οἰκεῖα καὶ δυνατὰ καὶ κοσμοῦντα δρῶντα, προστάττοντας, ᾠδικοῖς ᾄσαι, ῥητορικοῖς εἰπεῖν, φιλοσόφοις λῦσαί τι τῶν ἀπορουμένων, ποιηταῖς προενέγκασθαι τύχης. Ἡδέως γὰρ εἰς τοῦτο ἕκαστος ἄγεται καὶ προθύμως ἵνα αὐτὸς αὑτῷ τυγχάνοι κράτιστος ὤν. Ὁ μὲν οὖν τῶν Ἀσσυρίων βασιλεὺς ἆθλον ἐπὶ κήρυκος κατήγγειλε τῷ καινήν ἡδονὴν ἐξευρόντι· συμποσίου δὲ βασιλεὺς ἀξιοῦν ἆθλον ἂν καὶ γέρας προσθεῖη τῷ παιδιὰν ἀνύποπτον εἰσηγησαμένῳ, καὶ τέρψιν Β
ὠφέλιμον, καὶ γέλωτα μὴ μώμου μηδὲ ὕβρεως, ἀλλὰ

F. 8. κενῷ] Amiot. Mez. ςενῷ.

sum viderent bibere: allataque inani testa, in eam inserto debili pede poculum exhausit: reliqui omnes cum periculo facto præstare se id non posse viderent, multam solverunt. Scitus profecto Agapestor: atque ita omnino cum facilitate et hilaritate ulciscenda sunt alia. Proinde mandatis istis adsuescemus uti ad voluptatem et utilitatem accommodate: eaque imperare, quæ jusso sint familiaria, et præstari ab eo possint, præstantemque ornent: ut musicos jubeamus canere, oratoriam artem callentes dicere, philosophos quæstionem aliquam obscuram solvere, poëtas versus recitare. Libenter enim unusquisque et alacriter ad rem eam ducitur,

In qua seipso cernitur præstantior.

Sane rex Assyriorum præconis voce præmium ei pollicitus est, qui novam voluptatem aliquam excogitasset: at convivii rex merito præmium et honorem detulerit ei qui jocum contumeliæ purum, et oblectationem utilem, risumque non momi et injuriarum, sed gratiæ et comitatis socium in convivium introduxerit:

Digitized by Google

χάριτος καὶ φιλοφροσύνης ἕταιρον, ἐν οἷς τὰ πλεῖστα ναυαγεῖ συμπόσια, μὴ τυχόντα παιδαγωγίας ὀρθῆς. Ἔστι δὲ σώφρονος ἀνδρὸς ἔχθραν φυλάττεσθαι καὶ ὀργήν, ἐν ἀγορᾷ, τὴν ἐκ πλεονεξίας· ἐν γυμνασίοις καὶ παλαίστραις, ἐκ φιλονεικίας· ἐν δὲ ἀρχαῖς καὶ φιλοτιμίαις, ἐκ φιλοδοξίας· ἐν δὲ δείπνῳ καὶ παρὰ πότον, ἐκ παιδιᾶς ὑποτιθεμένην.

